This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

Digitized by Google

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA LOS ANGELES

Digitized by Google

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA LOS ANGELES

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE DE LA BELGIQUE

Digitized by Google

Digitized by Google

ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE

PUBLIÉS PAR

EDM. REUSENS, prof. à la fac. de théol. et biblioth. de l'Univ. cath. de Louvain
et J. BARBIER, chanoine titulaire de la cathédrale de Namur

DEUXIÈME SÉRIE. — TOME DEUXIÈME

(XVIIIe DE TOUTE LA COLLECTION)

SOCIÉTÉ ROYALE DE NUMISMATIQUE BIBLIOTHÈQUE



LOUVAIN
CH. PEETERS, RUE DE NAMUR, 22

1882

Digitized by Google

Digitized by Google

5
V. 18

Pouillé du doyenné ou concile de Louvain.
1559-1569.

Nous publions ci-dessous un pouillé du concile de Louvain sans date, mais dressé peu après le milieu du XVIe siècle. En effet, Cunerus Petri, qui y est cité comme recteur de l'église de Saint-Pierre, à Louvain, remplit les fonctions de pléban de cette église depuis 1559 jusqu'en 1569, époque à laquelle il fut promu à l'évêché de Leeuwarde. C'est donc entre ces deux années qu'on doit placer la rédaction du pouillé.

L'archevêché de Malines, érigé le 12 mars 1559 par la bulle pontificale *Super universi*, reçut ses limites exactes par la constitution *Ex injuncto* du 11 mars de l'année suivante. Formé aux dépens des anciens diocèses de Liège et de Cambrai, il conserva, pendant quelque temps, les circonscriptions des doyennés ou conciles, qui existaient au moment de sa création. C'est ainsi que les décanats de Louvain, de Tirlemont, de Léau et de Diest, démembrés de l'archidiaconé de l'ancien évêché de Liège dit du Brabant, ne subirent aucun changement dans leurs limites avant la nouvelle organisation ecclésiastique qui fut faite, le 10 septembre 1596, par l'archevêque Mathias Hovius (1). Nous ne devons donc pas nous étonner si nous retrouvons dans notre pouillé la même nomenclature des paroisses du doyenné de Louvain que dans les pouillés antérieurs (2).

(1) Voyez Vande Velde, *Synopsis monumentorum*, II, p. 407.
(2) Voyez le pouillé du diocèse de Liège de l'année 1559, publié dans

Digitized by Google

Le pouillé que nous publions présente un intérêt multiple. Il indique d'abord les noms de tous les curés et autres bénéficiers du doyenné; pour autant que nous sachions, ce renseignement si précieux ne se rencontre dans aucun autre pouillé du diocèse de Liège, ni du doyenné de Louvain. Il donne ensuite la valeur d'après laquelle chacun des bénéfices cités avait à payer les taxes ou impositions ordinaires et extraordinaires. Enfin, il ne mentionne qu'une seule fois chaque bénéfice, tandis que presque tous les autres pouillés citent erronément deux ou plusieurs fois certaines paroisses et certaines chapelles. E. R.

Concilium Lovaniense.

Arschot, ecclesia. *Aerschot.* Rector : Hadrianus a Beaufort, absens. Deservitur per Vincentium Oliverium cum quotidiana 60 modiis spelte.

Plebania, capella Bogardorum et quinque beneficia beginarum sunt incorporata capitulo; unde capitulum tenetur pro juribus incorporationis 2 florenis Hollandie, 32 stuferis.

Rillaer, appendix. *Rillaer.* Deservitur per dominum Joannem Pastaerts.

Altare Marie. Rector : Laurentius Linsthen, absens. Deservitur per dominum Augustinum Ramparts cum tribus missis. Valet 10 Renenses.

Matricularia annalis. Deservitur per Gerardum Durmans, consuetum.

Aetrode, quarta capella. *Attenrode.* Rector : Gerardus Augustini, presens, deserviens cum missis dominicali et festivali. Valet 12 modios spelte, 12 modios havene.

les tomes I à III des *Analectes*. Le doyenné de Louvain occupe les pages 144 à 151 du tome II.

Digitized by Google

Altare Mariae. Rector : Petrus a Fine, absens. Deservitur per dictum dominum Gerardum cum una missa. Et nihil valet ultra deservituram.

Matricularia annalis. Deservitur per Joannem Michaël, consuetum.

Bierbeeck, ecclesia. *Bierbeek.* Rector : Gosuinus Creyt, presens, deserviens cum tribus missis. Valet 30 Renenses.

Matricularia annalis. Deservitur per Jacobum de Namurco.

Capella sancti Martini spectat ad priorem et monasterium de Henegau prope Hasselt. Deservitur per curatum cum duabus missis. Valet 11 modios spelte.

Capella sive hospitale sancte Elizabeth. Deservitur cum duabus missis per curatum et religiosum prioratus ibidem.

Capella sancte Marie in Hagesrode. *Haesrode.* Deservitur per religiosum prioratus cum tribus missis.

Capella in Bilanden, incorporata monasterio Parcensi. *Blanden.* Deservitur ad arbitrium monasterii ejusdem cum duabus missis.

Capella de Lathem. *Lathem.* Vacat.

Bincken, quarta capella. *Binckom.* Rector : Frater Hadrianus Ghens, miles Hierosolymitanus. Deservitur per eumdem cum domino Gerardo Stessens, coadjutore. Valet 40 modios spelte.

Altare Catharine. Rector : Joachimus Typoets, absens.

Altare Joannis Baptiste. Rector : Walterus Lavarts, presens, deserviens cum una missa. Valet 3 modios siliginis.

Altare Marie. Rector : Lambertus Ghens, absens. Deservitur per dominum... Valet unum modium siliginis.

Altare Nicolai. Caret rectore, et valet 3 halsteria siliginis.

Matricularia annalis. Deservitur per Walterum Gnatters, consuetum.

Beetekem, quarta capella. *Betecom.* Rector : Arnoldus

Digitized by Google

Egnhouts, presens, deserviens cum onere consueto. Valet 40 modios siliginis et totidem havenae.

Matricularia annalis. Deservitur per Hubertum de Oostham.

Butsele, quarta capella. *Butsel.* Rector : Joannes Nerum, presens, deserviens cum duabus missis. Valet 40 modios spelte.

Altare Marie. Rector : Joannes Trelf, presens, deserviens cum missis dominicali et festivali. Valet 4 modios spelte.

Capella de Cromenherent. *Krommen-Herinck.* Rector : Franco De Catte, presens, deserviens cum tribus missis. Valet 24 Renenses.

Matricularia annalis. Deservitur per Simonem Lupi.

Bouterzom et Vertryck. *Bautersem et Vertryck.* Rector : Jacobus Dionisius, presens, deserviens Bouterzom cum onere misse dominicalis et trium in hebdomada, Vertryck sub onere dominicali et duarum in hebdomada. Valet 32 modios Lovanienses.

Altare misse animarum. Rector : Franco De Catte, presens, deserviens cum una dominicali et una in hebdomada. Valet 5 modios Lovanienses.

Altare Crucis. Rector : Gualterus Lavarts, presens, deserviens cum una missa. Valet 3 modios siliginis.

Altare Catharine in Vertryck. Rector : Judocus De Mientere, absens. Deservitur per Franconem De Catte cum missa dominicali et una in hebdomada. Valet 10 modios siliginis.

Altare Nicolai litigiosum. Deservitur autem per dominum Franconem De Catte cum tribus missis in quindena. Valet 8 modios siliginis.

Matricularia annalis in Bouterzom. Deservitur per Joannem Dalam, consuetum.

Matricularia annalis in Vertryck. Deservitur per Nicolaum Haecken.

Digitized by Google

Beckevort, quarta capella. *Becquevoort*. Rector : Theodoricus Dolmans, presens, deserviens. Valet 40 Renenses.

Altare in hospitali. Rector : Theodoricus Doelmans, presens, deserviens cum missa una. Valet 4 modios siliginis.

Matricularia annalis. Deservitur per Joannem Steyn, non consuetum.

Buinsbeeck, ecclesia. *Bunsbeek*. Rector : Petrus Casens, religiosus Heylchenensis. Valet 40 Renenses.

Altare Marie et Omnium Sanctorum. Rector : Joachimus Boubinge, absens. Deservitur cum una missa. Valet 6 modios siliginis.

Altare Anthonii. Rector : Joannes Beka, presens, deserviens cum una missa. Valet 6 Renenses.

Matricularia perpetua. Rector : Henricus Pomsarts, absens. Deservitur per.....

Capella sive altare Marie in Houthem. *Hautem-Sainte-Marguerite*. Rector : Petrus Donaes, absens. Deservitur per.....

Capella de Yseren. *Yzeren* (1). Nondum erectum est beneficium.

Cortelke, quarta capella. *Cortryck-Dutsel*. Rector : Judocus Ketelers, presens, deserviens cum missis dominicali et festivali. Valet 27 Renenses.

Altare misse animarum. Rector est incognitus. Deservitur per quemdam sacerdotem secularem. Valet 13 Renenses.

Matricularia perpetua. Rector : Joannes Huens, absens. Deservitur per Gerardum Diermans, consuetum.

Cumpticht, ecclesia incorporata abbatie monasterii sancti Cornelii Indensis (2). *Cumptich*. Deservitur per dominum Henricum Landerman. Valet 200 modios spelte.

(1) Voyez sur Yzeren, Bets, *Geschiedenis der gemeenten Oplinter, Bunsbeek en Hauthem*, p. 122.

(2) *Monasterium sancti Cornelii Indensis*, abbaye de Cornelimunster, près d'Aix-la-Chapelle.

Digitized by Google

Altare misse animarum. Rector : Jaspar Druys, presens, deserviens cum missa dominicali et una in hebdomada. Valet 8 modios siliginis.

Altare Cornelii et Cipriani. Rector : Gerardus ab Antiqua Ecclesia, presens, deserviens cum missa in quindena. Valet 3 modios siliginis.

Altare Marie in hospitali. Rector : Henricus Vacart, presens, deserviens cum una missa. Valet 14 Renenses.

Altare Cornelii in Breysen. *Breysem sous Cumptich.* Rector : Jaspar Druys, presens, deserviens. Et valet 4 modios siliginis, 3 halsteria.

Altare Marie in Breysen. Rector : Henricus Vacart, presens, deserviens cum duabus missis. Valet 5 modios siliginis.

Corbeeck Overloo, ecclesia. *Coorbeek-Loo.* Rector : Guilhelmus Hagens, presens, deserviens cum tribus missis et media. Valet 15 modios siliginis.

Altare Crucis. Rector : Gysbertus Remsbeeck, absens. Deservitur per quemdam incognitum cum missa dominicis et festivis diebus. Valet 4 1/2 modios siliginis, 1 halsterium.

Altare Marie. Rector : Petrus Steenweege, absens. Deservitur per diversos cum una missa. Valet 2 modios siliginis.

Altare Nicolai. Rector : idem Petrus, absens. Deservitur per diversos cum una missa. Valet 2 modios siliginis.

Altare Trinitatis in sacello. Rector : Wolmarus doctor (1), absens. Deservitur cum tribus missis. Valet 28 modios siliginis.

Matricularia annalis. Deservitur per Joannem Berinck, consuetum.

(1) Ne s'agirait-il pas ici d'Ulmar Bernaerts, docteur ès droits depuis le 31 août 1547, et professeur principal de droit canonique à l'Université de Louvain jusqu'à sa mort arrivée le 23 janvier 1570?

Digitized by Google

Fenacum Martini. *Vissenaeken-Saint-Martin.* Rector : Thomas Bernetanus, presens, deserviens cum tribus missis. Valet 20 modios siliginis.

Altare Marie incorporatum cum altari Marie in Fenaco Petri, cum quatuor missis, quas pastor celebrat.

Matricularia annalis. Deservitur per Godefridum Persoons, consuetum.

Fenacum Petri, ecclesia. *Vissenaeken-Saint-Pierre.* Rector : Frater Joannes Ruesel, presens, deserviens cum tribus missis. Valet 28 modios siliginis.

Altare Marie incorporatum, ut supra, ecclesie de Fenaco Martini.

Matricularia annalis. Deservitur per Pascasium Neyten, consuetum.

Holsbeeck, ecclesia incorporata prepositure ecclesie Lovaniensis. *Holsbeek.*

Vicaria. Rector : Joannes Lieismakere, presens, deserviens. Nihil valet.

Altare Marie. Rector : Joannes Rogmans. Non deservitur. Valor est incognitus.

Matricularia perpetua. Rector : Martinus Wyberts, absens. Deservitur per Benedictum Heyns, consuetum. Valet 6 Renenses.

Huwaert, quarta capella. *Hauwaert.* Rector : Quintinus Jouriert, presens, deserviens cum missa dominicali et festivali. Valet 10 modios siliginis.

Altare Marie. Rector : Bernardus Leonardi, absens. Deservitur per Hadrianum Fierens cum missis dominicali et festivali. Valet 7 modios siliginis.

Altare misse Sacramenti. Rector nullus est. Deservitur per curatum pro fructibus.

Matricularia perpetua. Rector : Hadrianus Fierens, presens. Habet decimas octo diurnalium terre, panes et manipulos.

Haecht, quarta capella. *Haecht.* Rector : Frater Joannes

Digitized by Google

Mois, religiosus Parcensis, presens, deserviens cum missis dominicali et festivali. Valet 30 modios siliginis.

Altare Remigii. Rector : Henricus Hazart, presens, deserviens cum duabus missis. Valet 12 modios spelte.

Altare [Marie (1)]. Rector : Paulus de Quercu. Deservitur per dominum Joannem Mortters cum missa festis cantanda. Valet 6 Renenses.

Altare Marie. Rector : Georgius de Win, presens, deserviens cum duabus et media missis. Valet 15 modios spelte.

Matricularia perpetua. Rector : Laurentius Vander Eycken, presens, deserviens. Et valet 12 modios spelte.

Heverlis et Outheverlis. *Heverle et Vieux-Heverle.* Rector : Georgius Straesbrock, presens, deserviens cum missis dominicali et festivis. Valet 30 Renenses.

Altare Catharine. Nomen rectoris ignoratur. Et deservitur per curatum cum una missa. Valet 2 Renenses, 2 campo (capones?), 2 halsteria siliginis.

Altare Marie. Rector : Theodoricus Liekens, presens, deserviens cum missis dominicali et festivali. Valet 12 Renenses.

Altare Nicolai in Outheverlis. Rector : Arnoldus Fossart, absens. Deservitur per sacerdotem ignotum cum missis duabus et una dominicali. Valet 6 modios siliginis et 12 Renenses.

Altare Marie in Outheverlis. Rector : Joannes Blimelvliet, absens. Deservitur per curatum prescriptum cum una missa. Valet 12 Renenses.

Altare Joannis [Baptiste] et Joannis [Evangeliste]. Rector : Joannes Leonardus, absens. Deservitur per prescriptum curatum cum una missa. Valet octo petros.

Capella *op 't Sandeken* (2).

(1) Le nom du saint en l'honneur duquel l'autel ou bénéfice est fondé manque. Le pouillé du diocèse de Liège de 1558, publié dans les tomes I-III des *Analectes*, nous permet de suppléer le mot *Marie*.

(2) La chapelle dite *op 't Sandeken* est située entre Vieux-Héverlé et Vaelbeek, non loin de cette dernière localité.

Digitized by Google

Altare Petri in castro. Est castrale.

Altare Marie in Valbeeck. *Vaelbeek*. Est castrale, et rector est incognitus. Valet 3 modios siliginis.

Matricularia annalis in Outheverlis. Deservitur per Joannem Portermans, consuetum.

Matricularia annalis in Heverlis. Deservitur per Petrum Helbuck, consuetum.

Holeede, quarta capella. *Hoeleden*. Rector : Judocus Provenet. Valet 20 modios siliginis, 20 Renenses.

Altare Marie est annexum vecti *(sic)*. Et deservitur per.....

Altare Crucis. Rector : Henricus Emericus, absens. Deservitur per dominum..... Ultra deservituram nihil valet.

Matricularia annalis. Deservitur per.....

Kercken, ecclesia. *Kerkom*. Rector : Gualterus Ertryck, presens, deserviens cum onere medie ecclesie. Valet 23 modios spelte.

Altare misse animarum cum matricularia annexa. Rector : Gualterus Lavarts, presens, deserviens cum missis dominicali et una in hebdomada. Valet 8 Renenses.

Altare Joannis [Baptiste] et Joannis [Evangeliste]. Rector : Joannes Wersbeck, absens. Deservitur per dominum... Valet 8 Renenses.

Libbeeck, ecclesia. *Lubbeek*. Rector : Judocus Gouwe, presens, deserviens cum quotidiana missa. Valet 36 modios spelte.

Altare Marie. Celebrat curatus missam ex mandato mamburnorum.

Matricularia perpetua. Rector : Guilhelmus Cloot, absens. Deservitur per Henricum Van Opghen, consuetum.

Langdorp, quarta capella. *Langdorp*. Rector : Gerardus Liekerken, presens, deserviens cum missis dominicali et festivali. Valet 20 Renenses.

Digitized by Google

Altare Michaëlis. Rector : Henricus Wilts, absens. Deservitur per Godefridum Meynarts cum una missa. Valet 6 Renenses.

Altare Petri prime fundationis. Rector : Godefridus Meynarts, presens, deserviens cum una missa. Valet 6 Renenses.

Altare Petri secunde fundationis. Rector : Dionysius Blankars, presens, deserviens cum una missa. Valet 6 Renenses.

Matricularia perpetua. Rector : Joannes Verlinden. Deservit personaliter.

Kiesecom, quarta capella. *Kieseghem.* Rector : Henricus Ghens, absens. Deservitur per dominum Jacobum Petri. Valet 50 modios spelte.

Altare Marie. Rector : Gysbertus Raymakers, absens. Deservitur per curatum et vult... (?) cum una missa. Valet 12 modios spelte.

Matricularia perpetua. Rector : Jacobus Petry. Deservitur cum coadjutore. Valet 12 modios spelte.

Petri Lovaniensis. *Louvain, chapitre de Saint-Pierre.* Rector : Cunerus Petri, presens, deserviens cum coadjutore.

Capella clericorum.

Altare Marie. Rector.....

Altare Eligii. Rector.....

Michaëlis ecclesia. *Louvain, église de Saint-Michel.* Rector : Henricus Back, presens, deserviens cum missis dominicali et festivali. Valet 15 modios siliginis, 5 halsteria, 12 stuferos.

Altare Catharine. Rector : Egidius Rubens, absens. Deservitur per diversos cum missis diebus dominicis et festivis. Valet 10 Renenses.

Altare Trinitatis prime fundationis. Rector : Gregorius Hugardus, presens. Deservitur per alium sacerdotem cum missa quotidiana. Valet 37 Renenses.

Altare Marie retro januam. Rector : Joannes Huins. Nullius valoris.

Digitized by Google

Altare Laurentii. Rector : Joannes Foresco. Nullius valoris.

Altare Marie in angulo. Rector : Arnoldus. Nullius valoris.

Altare Agnetis. Rector : Martinus Ryen. Nullius valoris.

Altare Marie sub campanis. Rector : Theodoricus Bastys. Nullius valoris.

Capella opten Blauwenput. *Blauwput*. Rector : Martinus Gosseal, absens. Deservitur per alium sacerdotem cum tribus missis. Valet 18 Renenses.

Matricularia perpetua. Rector : Jacobus Joerdens, presens, deserviens. Et valet 6 Renenses.

Jacobi Lovaniensis ecclesia. *Louvain, église de Saint-Jacques.* Rector : Henricus Hornkens. Deservit cum domino Adriano Wynarts cum missis dominicis et festivis diebus. Valet 5 Renenses, 5 modios bladi, 4 halsteria. Et ultra habet adhuc tres missas, pro quibus habuit 10 1/2 modios semel dequitati *(sic)* et ad reditum pecuniarum applicatum *(sic)*.

Altare Marie. Rector : Joannes Huins, presens, deserviens cum una missa. Valet 7 Renenses, 1 1/2 modios siliginis.

Altare Agathe. Rector : Joannes Asca, presens, deserviens cum una missa. Valet 3 Renenses ; 2 1/2 modios siliginis, 1 modium frumenti.

Altare Judoci. Rector : Jacobus Joerdens, presens, deserviens cum una missa. Valet 7 Renenses, 8 halsteria siliginis.

Altare Huberti. Rector : Hieronymus Martini, presens, deserviens cum una missa. Valet 4 modios siliginis, 17 stuferos.

Altare Nicolai. Rector : Martinus Visch, absens. Deservitur per dominum Andream de Mammeter cum una missa. Valet 47 stuferos, 1 1/2 modios siliginis.

Altare Barbare. Rector : Joannes Drusius, presens, deserviens cum una missa. Valet 2 Renenses, 13 modios siliginis.

Digitized by Google

Altare Elizabeth et Catharine. Rector : Mathaeus Meesele, presens, deserviens cum una missa. Valet 6 florenos, 5 1/2 stuferos, 2 modios siliginis.

Altare Lazari, Marthe et Magdalene. Rector : Petrus Fabri, presens, deserviens cum una missa. Valet 4 florenos Renenses.

Altare Crucis, Andree et Laurentii. Rector : Arnoldus Stalparts, presens, deserviens cum una missa. Valet 16 Renenses, 5 stuferos.

Altare Crucis secunde fundationis. Rector : Libaius Colyn, absens. Non celebratur missa, et fructus metuuntur deperditi.

Matricularia perpetua. Rector : Arnoldus Stalparts, presens, deserviens. Valet 15 modios siliginis.

Altare Crucis *op te Voere*. Rector : Serutor Zestich, absens. Deservitur per quemdam Cruciferum cum una missa. Valet 38 stuferos, 2 modios siliginis.

Altare Crucis in monte Calvarie. Rector : Nicolaus Wouters, presens, deserviens cum media missa. Parum valet.

Capella *Ter Banck*, incorporata monasterio. Et tenetur solvere etc. 33 stuferos bladi *(sic)*.

Gertrudis Lovaniensis. *Louvain, église et abbaye de Sainte-Gertrude*. Debet pro juribus incorporationis regale fati *(sic)* 38 1/2 stuferos.

Quintini Lovaniensis. *Louvain, église de Saint-Quentin*. Rector : Lambertus Sprangers, presens, deserviens cum tribus missis. Valet 42 florenos Hollandiae.

Altare Marie cum matricularia annexa. Rector : Franciscus Simonis, presens, deserviens cum una missa matutinali et media ad placitum. Valet 8 Renenses.

Altare Catharine. Rector : Godefridus Zanders, presens, deserviens cum missis dominicis et festivis diebus. Valet 4 1/2 modios, 2 halsteria siliginis, 10 1/2 Renenses Hollandie in censibus et campo domus cum vinea. Valet 6 Renenses.

Digitized by Google

Altare Mathei et Joannis Evangeliste. Rector : Joannes Pomson, presens, deserviens cum missa in quindena. Valet 6 Renenses.

Altare Nicolai. Rector : Petrus Fabri, presens, deserviens cum 12 missis in anno. Valet 3 Renenses.

Altare Joannis Evangeliste. Rector : Petrus Caketyn (1), presens, deserviens cum missa in quindena. Valet 8 Renenses.

Lynden, quarta capella. *Linden*. Rector : Hadrianus a Thenis, absens. Deservitur per dominum Joannem Cuerinck. Valet 29 Renenses.

Altare Marie. Rector : Joannes Cuerinck, presens, deserviens cum duabus missis. Valet 20 Renenses.

Matricularia perpetua. Rector.....

Molenbeeck, quarta capella. *Molenbeek, près de Diest*. Rector..... Deservitur per eumdem *(sic)*. Valet 12 Renenses.

Altare Marie. Rector : Jacobus Petri, presens, deserviens. Et valet ultra deservituram cum una missa 2 1/2 Renenses.

Matricularia annalis. Deservitur per Joannem Nimments.

Misselbroeck, quarta capella. *Messelbroeck*. Rector : Frater Martinus Back, presens, deserviens cum missis dominicali et festivali. Valet 26 halsteria frumenti.

Altare Marie. Rector : Guilhelmus Optielt, presens, deserviens cum missis dominicali et festivali. Valet 8 Renenses.

Matricularia annalis. Deservitur per Laurentium Nerom, non consuetum.

Meldaert, ecclesia. *Maillart, en flamand Meldert*. Rector : Joannes Baersbeeck, presens, deserviens cum missa

(1) On eût dû écrire *Calentyn*. Pierre Calentyn, connu par quelques opuscules ascétiques écrits en langue flamande, était, vers l'époque à laquelle fut dressé le pouillé, chapelain ou vicaire du béguinage de Louvain, qui était enclavé dans la paroisse de Saint-Quentin.

Digitized by Google

dominicali et tribus in hebdomada. Valet 18 modios spelte.

Altare Ermelindis. Rector : Henricus Blyleeven, absens. Deservitur per dominum Petrum Gengiel cum sex missis. Valet 36 modios frumenti.

Altare Catharine. Rector : Guilhelmus Rombouts, absens. Deservitur per dominum Petrum Gengiel cum missis dominicali et festivali. Valet 8 modios duri bladi.

Altare Marie. Rector : Joannes Doem, absens. Deservitur per curatum cum missa in hebdomada et festis diebus Marie. Valet 8 modios Lovanienses.

Matricularia annalis. Deservitur per Gualterum Lavarts, consuetum.

Meensele, ecclesia. *Meensel.* Rector : Henricus Daems a Meerlo, absens. Deservitur per Thomam Gysberti cum 2 1/2 missis. Valet dimidiam partem decime cum tribus diurnalibus terre, et habet parvam virten (1).

Altare Marie. Rector : Hubertus Steyvordia, absens. Deservitur per dominum Thomam Gysberti cum duabus missis in quindena. Valet 4 modios siliginis.

Altare Catharine. Rector : Jacobus Petri, absens. Deservitur per Thomam Gysberti cum tribus missis in quindena. Valet 5 modios siliginis.

Matricularia annalis. Deservitur per Egidium Veringen, consuetum.

Nurode, quarta capella. *Nieuwrode.* Rector : Arnoldus Berchgeyck, presens, deserviens cum missis dominicali et festivali. Valet 11 modios siliginis, modium hordei, modium havene, 2 halsteria pisorum et 27 stuferos.

Altare misse animarum. Rector : Joannes Moens, absens. Deservitur per Eustachium Boroy cum tribus missis. Valet 8 modios siliginis.

Matricularia perpetua. Rector : Eustachius Boroy, presens, deserviens. Valet 3 modios siliginis.

(1) Il faut sans doute lire *vitem.*

Digitized by Google

Oerbeeck, ecclesia. *Oirbeek*. Rector : Henricus Naveau, absens. Deservitur per Georgium Franconis cum tribus missis et dominicali. Valet 40 modios siliginis.

Altare Marie. Rector : Guilhelmus Hussen, absens. Deservitur per Franconem Cominetri cum tribus missis et dominicali. Valet 20 modios siliginis.

Altare Nicolai. Rector : Joachimus Bouloenge, presens, deserviens cum una missa. Valet 8 modios siliginis.

Altare Martini. Rector : Georgius Franconis, presens, deserviens cum una missa in hebdomada. Valet 7 modios siliginis.

Altare Catharine. Rector : Jacobus Naveau, absens. Deservitur per dominum Georgium Franconis cum una missa. Valet 5 modios siliginis.

Matricularia annalis. Deservitur per Joannem Van den Bon, consuetum.

Overlaer, quarta capella, incorporata capitulo sancti Germani Thenensis. *Overlaer, près d'Hougarde*. Deservitur per dominum Joannem Luyten. Valet 32 Renenses.

Altare Marie. Rector : Gerardus ab Antiqua Ecclesia, presens, deserviens cum missa dominicali et duabus in septimana. Valet 12 Renenses.

Matricularia perpetua. Rector : Joannes Goyvarts, absens. Deservitur per Egidium Truyens, non consuetum. Valet 9 halsteria bladi.

Pellenberge, ecclesia. *Pellenberg*. Rector : Joannes Bergauts, presens, deserviens sub onere medie ecclesie. Valet 32 Renenses.

Altare Marie. Rector : Joannes Huens, absens. Deservitur per quemdam Carmelitam cum missa matutinali dominicis diebus. Valet 8 Renenses.

Matricularia annalis. Deservitur per Joannem Lavarts, non consuetum.

Rotselaer, quarta capella. *Rotselaer*. Rector : Benedictus de Erp, presens, deserviens cum missis dominicali et festivali. Valet 40 florenos Hollandie.

Digitized by Google

Altare Joannis [Baptiste] et Joannis [Evangeliste]. Rector nullus est, quia vacat. Deservitur tamen per dominum Henricum Malcot cum quinque missis in quindena. Valet 16 florenos Hollandie.

Altare Marie. Rector : Walerandus Langdorp, absens. Deservitur per Anthonium de Bettenroy cum quotidiana missa matutinali. Et habet benedicere aquam benedictam. Valet 25 Renenses.

Altare Catharine. Rector : Hubertus Die Riddere, absens. Deservitur per Joannem Rogmans cum quinque missis in quindena. Valet 12 florenos Hollandie.

Altare Georgii et Nicolai. Caret rectore. Deservitur per pastorem cum quinque missis in quindena. Valet 12 florenos Hollandie.

Altare Cornelii et Anthonii. Rector : Henricus Malcot, presens, deserviens cum quatuor missis in hebdomada. Valet 12 florenos Hollandie.

Altare Anne. Rector : Egidius Ringot, absens. Deservitur per Valentinum Ottelet. Valet cum quatuor missis in septimana 7 Renenses.

Altare Marie et Ciriaci. Rector : Joannes Huens, absens. Deservitur per pastorem cum tribus missis. Valet 9 Renenses Hollandie *(sic)*.

Matricularia perpetua. Rector : Andreas Lippens, absens. Deservitur per Anthonium De Wit, consuetum. Valet 10 florenos Hollandie.

Rodium Petri. *Rhode-Saint-Pierre*. Rector : Frater Henricus Willemaerts, presens. Valet 40 modios spelte.

Altare Marie. Rector : Walterus Van den Stappen, absens. Deservitur per Rochum de Haen cum quotidiana missa. Valet 40 modios spelte.

Matricularia perpetua. Rector : Joannes Berchmans, absens. Deservitur per Joannem Lavarts, clericum, consuetum. Valet 10 modios spelte.

Altare Cornelii et Anthonii in castro. Rector : Cornelius Wyflet, absens. Deservitur per dominum Quintinum Joureet. Valet 20 modios spelte.

Digitized by Google

Thielt Marie. *Thielt-Notre-Dame.* Rector : Dominus Jaspar de Nooyem, religiosus sancte Gertrudis (1), presens, deserviens cum onere medie ecclesie. Valet 24 modios bladi, et totidem havene.

Altare Marie. Rector : Laurentius Luyten, absens. Deservitur per dominum Henricum Hagarts cum duabus missis. Valet 6 modios duri bladi.

Matricularia annalis. Deservitur per Nicolaum Meys, consuetum.

Roosbeeck, ecclesia. *Roosbeek.* Rector : Cornelius Cornelii, presens, deserviens cum tribus missis. Valet 40 modios spelte, 8 Renenses.

Altare Marie. Rector : Martinus Moens, absens. Deservitur per dominum..... Valet 25 modios spelte.

Altare Nicolai. Rector : Joannes Helf, presens, deserviens cum missa in quindena. Valet 8 modios spelte.

Altare Catharine. Rector : Henricus Vacart, presens, deserviens cum missa in quindena. Valet 6 halsteria spelte.

Matricularia annalis. Deservitur per.....

Winxel, ecclesia. *Winxele.* Rector : Christophorus Crieckenbosch, absens. Deservitur per dominum Joannem Hays cum tribus missis. Valet 40 Renenses.

Altare Marie sive misse animarum. Rector : Lambertus Fabri, absens. Deservitur per quemdam Carmelitam dominicis et festivis diebus. Valet 8 Renenses.

Altare Nicolai. Rector : Joannes Hays, presens, deserviens cum una missa. Valet 4 Renenses.

Altare Catharine. Rector : Brictius Gauze, absens, cum duodecim missis. Non deservitur.

Matricularia perpetua. Vacat, et deservitur per Valerium Stas, consuetum.

(1) Dans le *Registrum canonicorum regularium abbatiae sanctae Gertrudis Lovaniensis,* manuscrit actuellement en possession de M. Edw. Van Even, archiviste de la ville de Louvain, on lit fol. 33 : « Dominus « Jasparus Collarts dictus Nuynhem moritur pastor in Tielt anno 1570. »

Digitized by Google

Wilzele, ecclesia. *Wilsele*. Rector : Hugo Bertermans, presens, deserviens cum tribus missis. Valet 5 modios siliginis, 4 1/2 modios hordei, 4 1/2 havene.

Matricularia annalis. Deservitur per.....

Velthem, ecclesia. *Velthem*. Rector : Gregorius Yens, presens, deserviens cum 3 1/2 missis. Habet tertiam partem decime, 14 modios siliginis, 8 modios hordei et 6 modios havene. Sed dicit, quod non valet tantum.

Altare misse animarum. Rector : Joannes Hays, presens, deserviens cum missis dominicis et festivis. Valet 8 Renenses.

Altare Laurentii. Rector : Henricus Hazart, absens. Deservitur per Gregorium Yens cum una missa. Valet 3 modios siliginis.

Matricularia annalis. Deservitur per Petrum Gans, non consuetum.

Werchteren. *Werchter*. Rector : Ambrosius Loots, presens, deserviens cum appendice de Wackerzeel, cui deservit frater Petrus Verhoeven; Werchteren vero frater Joannes Scepers cum quotidiana missa et quatuor in Wackerzeel. Valet 54 modios spelte.

Capella de Wackerzeel. *Wackerzeel*. Deservitur per dominum Petrum prescriptum. Et valor comprehenditur sub Werchteren.

Altare Catharine. Rector : Arnoldus Fabri, presens, deserviens cum una missa. Valet 6 modios spelte.

Altare Crucis. Rector : Jaspar Simonis, absens. Deservitur per Eligium Coppens cum una missa. Valet 6 modios spelte.

Matricularia perpetua. Rector : Joannes Hessels, absens. Deservitur per..... Valet 12 modios spelte.

Altare animarum de Wackerzeel. Rector : Frater Petrus Verhoeven, presens, deserviens cum 4 1/2 missis. Valet 15 modios siliginis.

Altare Huberti. Rector : Martinus a Rythovia, ab-

Digitized by Google

sens (1). Deservitur per Henricum Hazart. Fabrica adhuc addit tres Renenses. Valet 6 modios spelte.

Altare Marie in Wackerzeel. Rector : Joannes De Rycke.

Altare Barbare ten Eynde. *Tremeloo*. Rector : Jacobus Ramparts, presens, deserviens cum quinque missis. Valet 10 modios spelte Lovanienses.

Capella sancti Arnulphi. Rector : Walterus Stassens, absens. Deservitur per dominum Jacobum De Rycke cum duabus missis. Valet 12 modios spelte.

Matricularia annalis. Deservitur per.....

Testelt, quarta capella. *Testelt*. Rector : Marcus Leschemer, presens, deserviens. Valet 10 modios siliginis.

Altare Marie lamentabilis. Rector : Everardus a Bilzen. Deservitur per ipsum cum missis dominicis et festivis.

Altare Catharine. Rector : Lucas Gerfil, absens. Deservitur per Sebastianum Tswinnen cum quatuor missis. Valet 12 florenos Hollandie.

Matricularia perpetua. Rector Judocus Baerle, absens. Deservitur per Pascasium Goes, consuetum.

Weesmael, ecclesia. *Wesemael*. Rector : Mathias Godvart, religiosus Averbodiensis, cum intertentione duorum religiosorum et quotidiana missa. Valet 60 modios spelte.

Altare ibidem. Omnes sunt deperditi fructus.

Matricularia perpetua. Deservitur per quemdam per dominum temporalem intrusum.

Winge, quarta capella. *Winghe-Saint-Georges*. Rector : Martinus Gybens. Valet 27 modios spelte.

Altare misse animarum. Caret rectore; celebratur tamen per dominum Leonem, religiosum Parcensem, cum missis matutinalibus dominicis et festivis diebus. Valet 17 modios spelte.

Altare Marie. Rector : Guilhelmus Cloet, presens, deserviens cum una missa. Valet 10 modios spelte.

Altare sancti Georgii nondum consecratum. Caret

(1) Martin Rythovius devint plus tard le premier évêque d'Ypres.

Digitized by Google

rectore, et ignoratur valor; sed dominus temporalis usurpat sibi omnia bona cum duabus missis, que non celebrantur.

Matricularia annalis. Deservitur per Henricum Bryers, consuetum.

Velpa superior, ecclesia. *Opvelp*. Rector : Joannes Collarts, presens, deserviens cum tribus missis. Valet 22 saccos siliginis.

Altare Marie. Rector : Philippus de Asca, absens. Deservitur per dominum Joannem de Lavoogt cum tribus missis. Valet 18 saccos siliginis.

Altare Joannis Evangeliste. Rector : Judocus Baerle, presens, deserviens cum missa in quindena. Valet 4 saccos siliginis.

Matricularia annalis. Deservitur per Joannem Geleys, consuetum.

Velpa inferior. *Neervelp*. Rector : Remigius a Tila, presens, cum tribus missis. Valet 32 modios spelte.

Altare Catharine. Rector : Conradus Silvius, absens. Deservitur per Henricum Castel cum missis dominicis et festivis diebus, et una in hebdomada. Valet 12 Renenses.

Matricularia annalis. Deservitur per Henricum Die Waerseggere, consuetum.

Wersbeeck, ecclesia, cum appenditio de Thielt. *Wersbeek près de Diest, et Thielt-Saint-Martin*. Rector : Frater Franco de Cok, presens, deserviens cum coadjutore Wilhelmo Dyck, cum 2 1/2 missis. Valet 20 modios mensure Diestensis.

Altare Marie. Rector : Joannes Loose, absens. Deservitur per curatum cum media missa. Nihil valet aut parum.

Altare Marie in Thielt Martini. Rector : Cornelius Bouwens, absens. Deservitur per Henricum Loomans cum duabus missis. Qui aliquando negligenter solet valere 15 Renenses ; sed jam valet 6 Renenses.

Matricularia annalis. Deservitur per Godefridum Beckevoerts, consuetum.

Digitized by Google

Willebringen. *Willebringen.* Rector : Guilhelmus Rummes cum 3 1/2 missis. Valet 50 modios spelte.

Altare Nicolai. Rector : Henricus Vacart, presens, deserviens cum missa dominicali et una in hebdomada. Valet 18 modios spelte.

Altare Marie sub crucifixo..... presens, cum una missa. Valet 12 modios spelte.

Altare Catharine. Rector : Franciscus Egnoy, absens. Deservitur per nullum et deperduntur fructus per negligentiam rectoris et collatoris. Non celebratur missa. Valet 13 modios spelte.

Matricularia perpetua. Rector : Robertus Swilen, presens. Valet 9 modios spelte.

Waenrode, quarta capella. *Waenrode.* Rector : Gerardus Tsgroots, presens. Valet 18 Renenses.

Altare Marie. Rector : Joannes Geleyns, presens, cum una missa. Valet 3 Renenses.

Altare Crucis et Bartholomei. Rector : Guilhelmus Struynens, absens. Deservitur per curatum pro fructibus.

Matricularia annalis. Deservitur per Georgium Scorrekens, consuetum.

Wevere, quarta capella. *Wever, près d'Attenrode* (1). Rector : Henricus Godefridi, presens. Valet 20 Renenses.

Altare Marie. Rector : Joannes Van den Goeyenhuysen, absens. Deservitur per curatum cum duabus missis. Valet 6 Renenses.

Matricularia annalis. Deservitur per Petrum Goesens, consuetum.

Zichen, quarta capella. *Sichem.* Rector : Henricus, Godefridi, presens, deserviens. Valet 6 Renenses.

Altare Marie. Rector : Guilhelmus Borckelmans,

(1) Dans le pouillé de 1559, publié dans le tome II des *Analectes*, Wever (figure p. 151) sous le nom de *Wavere*. Nous ferons remarquer que l'auteur de la note placée au bas de la page s'est trompé en affirmant que la ville de *Wavere* était désignée par le mot *Wavere* du pouillé.

Digitized by Google

presens, deserviens cum missa quotidiana, sed celebrat solum sex. Valet 26 Renenses.

Altare Joannis [Baptiste] et Joannis [Evangeliste]. Rector : Joannes Beveken. Non deservitur, et valet cum una missa 4 Renenses.

Altare Judoci. Rector : Henricus Laer, absens. Neque deservitur. Valet cum duabus missis 7 1/2 Renenses.

Altare Nicolai. Rector : Cornelius Boxius, absens. Deservitur per Andream Van den Dale cum duabus missis. Valet 12 Renenses.

Altare Crucis. Rector : Andreas de Bruxella, absens. Deservitur per dominum Guilhelmum Optielt cum duabus missis. Valet 20 Renenses.

Altare Catharine. Rector : Walterus Coels, presens, deserviens cum tribus missis. Valet 10 Renenses.

Altare in hospitali. Rector : Guilhelmus Borckelmans. Deservitur per eumdem cum coadjutore cum duabus missis. Valet 9 Renenses.

Altare Spiritus. Rector : Andreas Vanden Dale, presens, deserviens cum una missa. Valet 4 Renenses.

Altare Barbare. Rector : Guilhelmus Optielt, presens, deserviens cum una missa. Valet 9 Renenses.

Altare Genofeve. Rector : Hadrianus Esschius, absens. Deservitur per curatum cum una missa. Valet 4 Renenses.

Matricularia perpetua. Rector : Dominus Helias de Baer, presens, deserviens. Et valet 6 Renenses.

Digitized by Google

Statuts de l'église de Saint-Aubain, a Namur (1).

27 juin 1429.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Nos praepositus, decanus et capitulum beati Albani Namurcensis notum facimus universis, quod anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo nono, mensis junii die vigesima septima, hora capitulari, et tamquam in capitulo generali congregati et pro negotiis ecclesiae nostrae, statuta per nostros praedecessores facta et consuetudines inviolabiliter usitatas et observatas tangentia, capituloque superius indicto convocati, unus ad alterum de eisdem conferentes, fecimus coram nobis ipsa statuta et consuetudines asportari et perlegi. Quae prima facie apparebant, et erant satis confusa, tam propter eorum antiquitatem, quam propter inundationem aquarum ultimo partibus istis habitarum, quae, proh dolor! tanta fuit et crevit in hac nostra ecclesia, ut plurimorum librorum, cartarum, literarumque thecas superaret, unde vix vel minime ex his multa scripta postmodum potuerunt perfecte legi. Quibus omnibus taliter qualiter perlectis, visum fuit expediens nobis et honestum, ut eorumdem fieret innovatio aliqualis et renovatio, et quae etiam dispersa et divisa erant, quasi in uno volumine simul recolligerentur et deliberentur, ut facilius, dum opus esset, viderentur; et quia perspeximus ista statuta et consuetudines in aliquibus non concordari, consilio jurisperitorum et confratrum nostrorum dominorum secundariarum ecclesiarum Leodiensium dignum duximus remedium apponi. Cupientes itaque summopere omnia in melius reformari, ut obvietur quaestionibus et discordiis, quae futuris temporibus inde oriri possent, ordinavimus et statuimus, concordando ipsa nostra statuta scripta cum consuetudinibus ecclesiae nostrae praedictae observatis et usitatis, per nos,

(1) Nous avons publié, dans les *Analectes* (II, 442; V, 134, et VI, 118), divers statuts du chapitre de Saint-Aubain, à Namur.

Digitized by Google

nemine discrepante, superius edita et conclusa, quod fieret unum volumen novum, in quo continerentur eorum concordatio et major declaratio, contentaque in ipso volumine vocari et esse nostra statuta et consuetudines, quibus uti deinceps nos et successores nostri deberemus et teneremur, retinentes apud nos, ut moris est, in capitulis minime (1)..... aut duplicium intellectuum interpretationem, omni fraude et dolo secluso; ea propter unanimi assensu, Deum habentes prae oculis, statuimus a nobis et nostris successoribus inviolabiliter observari, et pro statutis et consuetudinibus teneri et haberi, quae sequuntur :

I. *De canonicis et aliis ad residentiam venientibus.*

Primo statuimus, quod nullus ecclesiae nostrae canonicus, capellanus aut vicarius, recipietur ad residentiam, nisi se praesentaverit in vigilia beati Joannis Baptistae, hora vesperarum, aut in crastino, hora capitulari, aut summae missae; intelligendum est etiam de illis beneficiatis, qui medio tempore acceptabunt beneficium, videlicet vicariam aut capellaniam, quod non gaudebunt fructibus beneficii noviter accepti usque dum ad dictum festum prius praesentati fuerint, nisi cum residente permutarint; quia tunc acceptans beneficium potest ponere pedem suum loco sui praedecessoris.

Notandum etiam, quod vicarii noviter recepti, volentes gaudere grosso aut habere ratam temporis sui vicariatus, tenebuntur visitare studium generale aut scholas nostras, sive habuerint eos post mortem aut via permutationis.

II. *De emancipatione canonicorum.*

Statuimus, quod nullus ecclesiae nostrae canonicus admittetur ad plenam residentiam, nisi in festo praedicto, et, quando se praesentat, habuerit completum vigesimum secun-

(1) Les lacunes indiquées par des points existent dans la copie dont nous nous sommes servi.

Digitized by Google

dum suae aetatis annum, per fideles testes notabiliter approbatum, habito respectu ad ordinem, ad quem tenetur ratione suae prebendae; et nisi habuerit ordinem requisitum, habebit tantum medios fructus residentiae.

III. *De panno aureo in introitu.*

Item statuimus, quod deinceps pro panno aureo debito in introitu novi canonici recipiantur secundum formam statuti, scilicet..... vel eorumdem valor..... ut inde..... instruantur cappae, dalmaticae aut alia ecclesiae ornamenta; et non deliberentur aerario aut fabricae, sed commissariis a capitulo deputatis; qui tenebuntur de hoc disponere in..... scitu et consilio capituli. Et istud praefatum statutum habet exemplum penes se de verbo ad verbum scriptum et sigillatum una cum confirmatione unius episcopi Leodiensis (1).

IV. *Quomodo successores in praebendis defunctorum debeant venire ad residentiam.*

Item statuimus, quod successores in praebendis defunctorum non possunt se praesentare ad plenam residentiam, donec fuerint anni defuncti et fabricae integraliter completi, sicut semper est consuetum, usitatum et inviolabiliter observatum. Quibus duobus annis, ut dictum est, integre completis, novus canonicus debet se praesentare in festo beati Joannis sequentis, sicut superius est expressum, et non aliter.

V. *De assignatione duorum modiorum speltae.*

Statuimus, quod quilibet canonicus residens, volens gaudere fructibus anni gratiae, tenetur assignare bene et competenter, per se vel per suos haeredes, duos modios speltae;

(1) Voyez *Analectes*, IX, p. 498, la charte par laquelle Jean, évêque de Liège, confirme le droit dit du *drap d'or*. — Voyez également, *Analectes*, IX, p. 497, l'institution de ce droit par le chapitre.

Digitized by Google

absens vero, qui per unum annum recepit fructus suae praebendae, unum modium tantum ; alias nil assignare tenebitur. Debentque bona anni gratiae remanere in manibus capituli, donec isti duo modii fuerint bene et competenter assignati.

VI. *Quomodo defunctus et fabrica debeant levare suos fructus.*

Item statuimus, quod defunctus canonicus, vel causam ejus habentes, et fabrica, suo tempore debent levare omnes fructus et proventus, tam in grosso quam in residentia, ut consuetum est ab antiquis temporibus ; videlicet defunctus pro primo anno, et fabrica pro secundo, exceptis tamen vinis, processionibus et aliis distributionibus accidentibus, ministrationeque et expensis ecclesiae consuetis.

VII. *De panno aureo solvendo in decessu et exequiis.*

Item statuimus, quod quilibet canonicus in decessu suo tenetur solvere unum pannum aureum pretii quinquaginta solidorum Lovaniensium, et decem libras grossas cerae taxatas in tali valore, sicut taxabatur anno praeterito in decimis ecclesiae ; potest tamen facere seu ordinare luminare tale et quantum sibi placuerit; et pro approbatione sui testamenti xviiij grossos veteres.

VIII. *De anno gratiae canonicorum defunctorum spectante fabricae sancti Albani.*

28 juin 1385.

Universis praesentes litteras inspecturis et audituris PRAEPOSITUS, DECANUS ET CAPITULUM ECCLESIAE BEATI ALBANI NAMURCENSIS, Leodiensis dioecesis, salutem in Eo, qui Ecclesiae est verum fundamentum et lapis angularis, rei subjectae notitiam memorialeque.

Quoniam experientia, quae rerum est magistra, docente, didicimus et perpendimus ad materialis ecclesiae nostrae

Digitized by Google

structuram in forma, quam provide nostri disposuere majores, sustentationem turrium, ejusdemque campanilium, quae a longis retro temporibus minatae sunt ruinam, et quotidie fide oculata in periculo casus ruinosi et omnimodae destructionis, non solum ipsarum sed et ceterae partis ejusdem ecclesiae, existunt, necnon reparationem murorum et reliquorum aedificiorum, ipsiusque de die in diem collabuntur in casus, maxime propter ipsorum antiquitatem et vetustatem, quibus necessario est occurrendum et celeriter providendum ac succurrendum, fructus, redditus et proventus unius praebendae, quam de corpore praebendarum nostrarum ab olim singulis annis applicare consuevimus, ad hujusmodi fabricam prosequendam non posse sufficere, crescente praesertim caristia cujusvis oportunae materiae, necnon operariis magistris, tam lathomis quam carpentariis, suisque servitoribus, et aliis hujusmodi opera operantibus salaria operarum suarum sibi quaerentibus augeri, cupientes..... opera eo formosius, securius et utilius posse compleri, quo abundantius et promptius ad manus habebitur, unde celeriter dictis casibus et periculis occurratur et feliciter compleantur, praemissis et aliis quam plurimis circa haec et similia per nos diligenter considerandis proinde pensatis, unanimiter ordinavimus et statuimus per praesentes, quod post primum annum, qui dicitur gratiae, quo fructus praebendarum vacantium eodem anno canonicis cedere consueverunt, fructus universi et singuli, tam grossi quam quotidianae distributiones, anni immediate tunc sequentis praebendarum ecclesiae nostrae praedictae, quae deinceps quomodocumque praeterquam per viam canonicae permutationis et etiam ubicumque vacabunt, fabricae ecclesiae nostrae saepe dictae, salva tamen modificatione novellae constitutionis felicis recordationis domini Joannis papae xxij, quae incipit *Suscepti regiminis*, cedant ex integro, et per ipsum annum integrum applicentur in totum secundum formam in secundariis ecclesiis civitatis Leodiensis vel majoris partis dictarum ecclesiarum hactenus observatam. Ut autem ordinatio et statutum hujusmodi nullatenus infringatur, sed perpetuis temporibus inviolabiliter observetur, promittimus singuli bona

Digitized by Google

fide, quod nihil omnino de fructibus supradictis nobis..... vel divisim inbursabimus, vel in usus alios quomodolibet convertemus, nec ab aliis inbursari sustinebimus vel converti, nisi dumtaxat in usus fabricae supradictae; quod nullum de cetero recipiemus in canonicum, nisi cum supra observatione statuti praemissi, quod de fructibus praebendae, de qua sibi est provisum, praemissa omnia et singula fieri promittat; quod supra non inbursatione et conversione fructuum praedictorum in sua receptione praestiterit per se vel per ejus procuratorem legitimum intra alia corporale et solemne juramentum.

Actum, ordinatum et datum sub sigillo nostro majori in capitulo nostro generali, anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, die vigesima octava mensis junii.

IX. *De anno gratiae.*

Statuimus similiter, in Christi nomine disponimus et, ut moris est, ordinavimus unanimi consensu et assensu, nemine penitus discrepante, in hunc modum, videlicet, quod quicumque hujus ecclesiae canonicus praebendarius, cujuscumque aetatis, ordinis, status vel conditionis existat, residens actualiter vel non residens, quocumque anni die aut tempore, vel quacumque parte temporis diem claudat extremum, omnes et singuli fructus, proventus, obventiones et emolumenta quaecumque, in quibuscumque rebus vel bonis consistant, quos et quae defunctus lucrari et habere potiusset, a die et hora obitus sui usque ad annum integrum, id est usque ad eundem diem et horam anni revoluti inclusive, si in talibus statu, ordine, aetate et conditione, quibus die et hora suae mortis erat, ipsum defunctum sequentur, sibi cedant et acquirentur, ipsiusque haeredes et executores, seu qualitercumque ab ipso causam habentes, eos, eas et ea levare, percipere et habere potuerunt, lévabuntque, percipient integraliter per totum tempus praelibatum, salvis tamen et exceptis vinis, processionibus et aliis distributionibus accidentalibus, ministrationeque et expensis ecclesiae consuetis.

Digitized by Google

X. *Statutum confirmatum supra solutionibus faciendis de bonis ecclesiae.*

1430.

Universis tam praesentibus quam futuris praesentes litteras inspecturis PRAEPOSITUS, DECANUS, TOTUMQUE CAPITULUM ECCLESIAE COLLEGIATAE SANCTI ALBANI NAMURCENSIS, salutem in Eo, qui est vera salus. Cum bonum sit, sicut scriptum est, et jucundum habitare fratres in unum, sane canonicos simul habitantes in domo Dei, de bonis Crucifixi viventes, portiones bonorum suorum inter se juste distribuere sine lite decet, et hoc aequum et justum est. Ut autem de praedictis bonis unicuique fratrum nostrorum, quod suum est, reddatur, scire volumus universos et singulos, quod omnes nos et singuli canonici, a majore usque ad minimum, in capitulo nostro pariter congregati, ad haec specialiter adjornati et vocati propter lites sopiendas circa solutionem decimarum et aliarum rerum inter nos saepius ortas et in posterum orituras, ad compellendum etiam canonicos debitores solvere differentes nobis aut nolentes ad solutionem, nobis et societatibus nostrum sine impeditione divini officii, quae est propter defectum solutionis consuetae faciendae, de voluntate libera et consensu benivolo omnium et singulorum canonicorum nostrorum, concordavimus in unam hujusmodi legem, quae sequitur :

Statuimus in perpetuum duraturum, quod canonici nostrae ecclesiae praedictae, quicumque fuerint, plures simul aut unus solus, tam conjunctim quam divisim, sint vel fuerint in posterum, pro obedientiis aut decimis acceptis a capitulo, vel habitis quocumque modo fuerit, vel aliis rebus quibuscumque pertinentibus ad capitulum, si infra festum Purificationis sanctae Mariae Virginis annuatim pro termino solutionis integraliter non solverint personis aut personae singulari supradictae, aut in solutione totius debiti vel partis defecerint, elapsis quindecim diebus post praedictum terminum, sub poena inobedientiae intrabunt claustrum ecclesiae

Digitized by Google

nostrae, et fidejussores vel plegii ipsorum, si qui fuerint constituti, octo diebus elapsis postquam intraverint, praedicti debitoris cum eis similiter ex hinc dictum claustrum intrare tenebuntur, et ex eo nullus exire poterit; nec interim, quamdiu fuerint in claustro, nihil de fructibus suis, tam grossis quam minutis, percipient, sed distribuentur canonicis residentibus in computo mensium, ut moris est, facto, donec solutum fuerit ad plenum praedictis personis superius divisis.

Simili modo statuimus de decimis praedictis, aut aliis rebus divisis aut petitis societatibus canonicorum nostrorum a nobis factis, si eas fieri contingat, aut si praedictae societates sic factae conjunctim dictas decimas aut alias res acceperint aut habuerint a capitulo quocumque modo fuerit, quod quicumque praedictarum societatum plures aut unus ultimam portionem suam de praedictis decimis seu rebus sic habitis vel divisis, aliquam quantitatem acceperint, illamque non restituerint aut solverint sociis suis aut socio, quibus illa quantitas fuerit restituenda vel solvenda; aut etiam si una de societatibus praeordinatis debeat alteri societati summam aliquam bladi praedictarum decimarum aut aliarum rerum, non reddiderit integraliter ad quaerimoniam dictorum sociorum aut socii, quibus non fuerit reddita aut soluta, similem poenam intrandi claustrum, non exeundi, et nihil percipiendi de fructibus, exolvet, sicut plenius de verbo ad verbum superius est expressum.

In cujus rei testimonium, praesentibus literis sigillum ecclesiae nostrae duximus appendendum.

Datum anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo.

XI. *Confirmatio statuti praescripti.*

24 juillet 1431.

Nos Adulphus, Dei gratia episcopus Leodiensis, notum facimus universis, quod, cum ecclesia sancti Albani Namurcensis, propter culpam canonicorum, ad firmam seu accensam obedientias seu bona dictae ecclesiae recipientium et canonicis debita non exsolventium, multipliciter lederetur,

Digitized by Google

praepositus, decanus et capitulum ipsius ecclesiae, de mandato sapientum virorum domini Godescalci, abbatis monasterii Malonensis, magistrorum Alberti de Betincurte, sancti Pauli Leodiensis, et Willelmi de Ora, Scladiniensis [decanorum], Leodiensis diocesis, atque canonicorum officium visitationis in ipsa ecclesia authoritate nostra exercentium, ad subveniendum ipsi ecclesiae statutum fecerunt contra hujusmodi fermarios et censitores, quod in literis ipsorum, quibus nostrae praesentes sunt annexae, continetur, et ipsum supplicaverunt humiliter per nos confirmari. Nos vero, attendentes ipsum statutum ad utilitatem ipsius ecclesiae esse ordinatum, et eidem esse utile et necessarium ipsum statutum, authoritate nostra ordinaria, tenore praesentium, confirmamus et etiam approbamus.

Datum anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo primo, vigesima quarta die mensis julii.

XII. *Carta libertatis ecclesiae de curia sancti Albani et panno accipiendo per villicum* (1).

1159.

Ne bonorum oblivioni memoria traderetur antecessorum meorum opera, commendavimus perpetuitati literarum. Notum sit igitur omnibus, tam posteris quam praesentibus, quod Albertus, illustris Namurcensis comes, nostram, in qua ipse cum haeredibus bonae indolis requiescit, aedificavit ecclesiam, quam futurae non immemor resurrectionis tanto ditavit honore, tantaque sublimavit libertate, ut quicumque allodium beati martyris Albani infra vel extra parochiam obtineret; si aliquid forte, unde placitum oriretur, accideret, nullatenus arguenti, nisi in praesentia praepositi canonicorumque in capitulo ecclesiae, praesidente villico, propriis ejusdem ecclesiae judicantibus scabinis, responderet. Domus quoque supra allodium, infra tamen parochiam castelli excubiae, quae appellant *gueteur* respondere prorsus nihil neque persolvere teneretur. Addidit praeterea piissimus ac saepe

(1) Ce document a été publié par Galliot, *Histoire de Namur*, V, p. 344.

Digitized by Google

memorandus comes Albertus; ut quicumque praefatae censum ecclesiae, tam de molendinis quam de aliis allodiis, ultra determinatum terminum, octo videlicet dierum, ausus fuerit retinere, ecclesiae villicus, jubente praeposito, pannum accipiet, ulla sine contradictione; huic autem honori detrahentes dominus Henricus, qui tunc Leodiense regebat episcopium, in die dedicationis ecclesiae, constituit sub anathemate. Henricus vero quartus ab ipso beatae memoriae Alberto, non minus quam boni *principes patres*, praelibatae jam conservans ecclesiae, ne temporum longitudo, ne alicujus successoris ecclesiam minus, quod absit, diligentis occasio memoratam a pristina libertate exhereditare valeret ecclesiam, praesentem cartulam, ipso dictante, scribi praecepit, in qua bonorum opera collaudans antecessorum praedictae ecclesiae dicta jura renovavit, renovatam vero sigilli sui munimine cartulam signavit.

Facta est autem hujus renovationis confirmatio, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo nono, indictione vii^{a}, regnante Frederico imperatore i^{o}, Henrico vero episcopium Leodiense regente. Consentiente et cohortante conjuge sua Laureta (1), exhortantibus etiam viris nobilibus Philippo, videlicet advocato Moliniensi, Arnulpho de Novilla, Godiscalco de Gilbrecez, Gilberto de Sumbrefia, Godefrido de Mosen, Guillelmo de Werda, Godefrido. Testantur etiam Theodoricus, praepositus, Lambertus, decanus, Joannes, Theodoricus..... testimonium confirmatum. De familia : Warnerus, Lambertus..... et multi alii, quorum si scriberentur nomina, oculos fastidirent legentis.

Hanc igitur ecclesiae libertatem quicumque violaverit, universis repleatur maledictionibus in conspectu judicis universa cernentis. Fiat, fiat.

Registre intitulé : *Records, règlements, statuts et fiefs*, à la bibliothèque de la Société archéologique de Namur, pp. 159-171.

(1) Cette confirmation des privilèges de l'église de Saint-Aubain, inscrite dans les statuts du chapitre, fut faite par Henri l'Aveugle, comte de Namur, du consentement de Laurette d'Alsace, son épouse.

Digitized by Google

Statuts de l'église collégiale de Notre-Dame, a Namur (1)

Statuta antiqua ecclesiae collegiatae beatae Mariae Virginis Namurcensis, jussu reverendissimi domini Francisci Buisseret, episcopi Namurcensis, per reverendos dominos decanum et canonicos ejusdem ecclesiae revisa, et sacrosancti consilii Tridentini decretis necnon praesentis temporis usui accommodata, ab eodem reverendissimo domino approbata et confirmata, et ab illustrissimo ac reverendissimo domino comite de Berlo de Brus, episcopo, rursus confirmata post recognitionem et in nonnullis emendationem factam per reverendum dominum praepositum et decanum et canonicos praefatos.

Cum pro temporis ac rerum successu et varietate antiqua ecclesiae Mariae statuta, quae a praedecessoribus nostris circa annum 1420 ex aliis antiquioribus collecta erant, ex parte immutanda et aliqua eis adjicienda deprehenderimus, jussu et autoritate reverendissimi domini Francisci Buisseret et reverendissimi ac illustrissimi domini comitis de Berlo de Brus, episcoporum Namurcensium, illis a nobis praeposito, decano et capitulo ecclesiae collegiatae divae Virginis, civitatis Namurcensis, revisis, relectis ac diligenter examinatis, magno augendi cultus divini studio eadem reformanda duximus, prout reformamus et perpetuis futuris temporibus observari praecipimus, in hunc, qui sequitur modum :

ARTICULUS 1.

De diligentia frequentandi ecclesiam ac correctione negligentium.

Cum propter officium detur beneficium, omnesque ad divina per se, non modo per vicarios, subeunda teneantur,

(1) Les *Analectes* ont déjà publié les statuts des années 1334, 1335 (XI, pp. 221 et 224) et 1420 (II, p. 191).

Digitized by Google

statuimus et ordinamus, ut singuli canonici et capellani diligenter chorum ecclesiae frequentent, horisque omnibus, matutinis praecipue, missae ac vesperis ibidem decantandis intersint sub poena amissionis harum distributionum, quae iisdem horis praesentibus accrescent; negligentiores etiam in eo per decanum et capitulum ultra amissionem dictarum suarum distributionum, secundum majorem ac minorem ejusmodi negligentiam, corrigantur. Omnes etiam, tam canonici quam capellani, circa divinum officium ibidem sint intenti, neque ad negociandum aut confabulandum conveniant; sed horas canonicas tractim et spatiose, non per se, sed cum choro decantent cum moderatione debita, versiculos psalmorum non syncopando, sed perfecte ac distincte cum tono debito decantando, prout diei et festi qualitas exegerit. Legat unusquisque et cantet lectiones, antiphonas et responsoria ad mandatum et injunctionem chori custodum; ipsi autem chori custodes sic studeant tempore debito cantum et lecturam committere, ut hi, quibus cantum et lecturam commiserint, lectionem ipsam vel cantum commissum valeant competenter praevidere. Omnes etiam in praemissis humiliter chori custodibus obediant, alioquin rebelles arbitrio decani et capituli puniantur.

ARTICULUS 2.

Ne canonici vel capellani, aut alii incedant per ecclesiam tempore divinorum absque habitu.

Pro reverentia divini cultus et, ut laïcis praesertim scandali amputetur occasio, jubemus omnibus canonicis, capellanis ac aliis ecclesiae nostrae suppositis, ne per ecclesiam tempore, quo divinum officium in choro decantatur, absque habitu competenti sive superpelliceo discurrant; et qui secus egerint, in decem stupheros fabricae nostrae ecclesiae applicandos mulctentur.

Digitized by Google

ARTICULUS 3.

De custodia chori ac officio celebrando.

In festis majoribus ac aliis, quibus decanus ratione sui decanatus est adstrictus, duo canonici, ut hactenus observatum fuit, officium diaconi et subdiaconi subeant; duo similiter chorum regant, idque alternis mensibus secundum ordinem receptionum, decano ab illis oneribus exempto, utpote qui tunc officium sacerdotale peragere cogitur. In aliis vero duplicibus phonascus cum rectore scolarum, in semiduplicibus ac simplicibus phonascus solus, mediante salario competente, quod ei a capitulo persolvetur. Si quis autem diebus sibi assignatis in aliquo praedictorum notabilem defectum commiserit, a capitulo absque ulla dissimulatione corrigatur.

ARTICULUS 4.

De obedientia decano facienda.

Statuimus etiam et ordinamus, ut tam canonici quam capellani, aut alii ecclesiae nostrae suppositi, decano dictae nostrae ecclesiae in licitis ac honestis obedientiam praestent, ejusque exhortationes et mandata cum reverentia suscipiant et adimpleant. Quem in conscientia sua oneramus, prout ad hoc ex officio suo tenetur, ut circa res et personas ac ecclesiae nostrae statum, in divinis praecipue, diligenter intendat; defectus leviores absque dissimulatione aliqua corrigat; graviores excessus ad capitulum sollicite deferat, ut judicio ejusdem, prout negotii qualitas exegerit, corrigantur et puniantur. Omnes praedicti, tam canonici quam capellani, et alii ecclesiae nostrae suppositi, semel ad minimum in anno, idque circa festum Paschae, sua peccata decano confiteantur, nisi alteri confitendi licentiam ab ipso obtinuerint; sacrum etiam Eucharistiae sacramentum, qui extra presbiteratus ordinem sunt constituti, de manu decani recipiant.

Digitized by Google

ARTICULUS 5.

De tempore et modo celebrandi generalia capitula, ac alia singulis septimanis.

Laudabilem et hactenus observatam consuetudinem de celebrandis ter in anno capitulis generalibus retineri volumus, videlicet : primis feriis sextis post festum nativitatis sancti Joannis Baptistae, sancti Remigii et Epiphaniae Domini; in quibus omnes, tam canonici quam capellani, sub juramento et obedientia, quam decano et capitulo debent, conveniant, ea, quae ad statum ecclesiae tam in spiritualibus quam in temporalibus reformandam spectant, tractaturi. Defectus, negligentias et excessus, prout eis conscientia dictaverit, ut corrigantur, libere declarabunt. Statuta etiam praesentia ad minus uno praedictorum dierum legentur. Singulis etiam feriis sextis anni aliud capitulum celebretur, in quo canonici dumtaxat conveniant, de negligentiis circa divinum officium, juribus et libertatibus ecclesiae tuendis ac conservandis, et aliis negotiis occurrentibus tractaturi. Et ut omnes ad id alliciantur, et nemo sese ab illis absentet, singulis praesentibus a cerario assem unum persolvi volumus; computationes etiam singulis, idque in quadragesima, si commode possit, per cerarium reddantur.

ARTICULUS 6.

De ordine canonicorum et votis eorumdem.

In hisce capitulis ac aliis locis ordo debitus inter canonicos servetur, ut sedeant primo post decanum presbiteri, deinde diaconi, demum subdiaconi; illi vero, qui in sacris non sunt constituti, a capitulo juxta sacrosancti concilii Tridentini decretum excludantur. Proponantur ibidem negotia agenda per decanum vel vicedecanum, qui vota et intentiones singulorum ordine colligat. Modeste interim et libere unusquisque judicet; uno negotio terminato, et non ante, aliud

Digitized by Google

assumatur. Verbosis clamoribus decanus imponat silentium, sicut et illis, qui, antequam ordine servato interrogentur, de negotio proposito intentiones suas produnt. Quidquid per capitulum determinatum fuerit, per scholasticum pronuncietur. Canonici nullam decano aut sibi invicem occasione cujuscumque negotii re vel verbis inferant injuriam; alioquin parti laesae, prout negotii qualitas exiget, satisfacient arbitrio decani et capituli, qui negotium illud terminabunt infra quindecim dies, computandos a die, quo per partem laesam requisiti fuerint. Et si ipse reus emendam per praefatos dominos decanum et capitulum ordinandam renuerit adimplere, distributionibus quotidianis carebit, donec et quousque eandem adimpleverit, aut saltem cautionem de adimplenda ac persolvenda praestiterit.

ARTICULUS 7.

De fructibus altarium, quorum rectores sunt absentes.

Statuimus insuper et ordinamus, ut omnes ecclesiae nostrae capellani, qui fructus beneficiorum et altarium, de quibus illis est provisum, suos facere volent, actu sint praesbiteri, et residentiam personalem in dicta nostra ecclesia faciant, aut saltem studiorum causa in universitate aliqua degant. Fructus vero beneficiorum, quorum rectores absentes erunt, ipsis altaribus decenter deservitis ac ornatis, capitulo cedent, inhibentes nedum capellanis sed etiam canonicis residentibus, ne alicui beneficio ab ecclesia nostra non dependenti extra illam deserviant absque licentia nostra super hoc petita et obtenta.

ARTICULUS 8.

De habitu et honestate suppositorum nostrorum.

Quia vero indecens valde est ecclesiasticis viris, ut vestibus mere laicalibus utantur, debeantque intrinsecam morum

Digitized by Google

qualitatem externe habitus et vestium honestate ostendere, ordinamus, ut omnes tam canonici quam capellani habitum de cetero et vestes deferant clericales et honestas, eorum statui ac ordini congruentes, nimia brevitate, longitudine, strictudine ac latitudine non notandas; nec in suis vestibus nodos argenteos, aut alia ad pompam mundanam deferant; sed tam honeste in istis sese gerant, ut eorum habitus externus reprehendi non possit aut notari.

Statuimus insuper, ut nullus tabernas civitatis aut suburbium ejusdem quocumque praetextu intrare praesumant, multo minus lupanaria aut alia loca inhonesta; contravenientes arbitrio decani et capituli absque dissimulatione aliqua graviter puniantur, et gravius, si id requirat assiduitas talia facientis.

ARTICULUS 9.

De processionibus fiendis.

Praeterea, in augmentum cultus divini et ecclesiae nostrae honorem, statuimus et ordinamus, ut omnes et singuli canonici, capellani et chorales, in praefata ecclesia nostra residentes, intersint processionibus, quas fieri contigerit quolibet anno in festo venerabilis Sacramenti, rogationibus, missis specialibus et aliis, exequiis canonicorum sancti Albani, in vigiliis et missa, tam eundo quam redeundo. Et ut ad id tam canonici quam capellani magis animentur, volumus et ordinamus, ut unicuique canonico, qui intra pontem Sambriae et dictam nostram ecclesiam repertus fuerit eundo, duo stupheri, totidem redeundo a cerario persolvantur; singulis vero capellanis respective stupherum unum tam eundo quam redeundo, ex residentiis et distributionibus eorum communibus capiendum et defalcandum, a dicto cerario persolvi volumus.

Digitized by Google

ARTICULUS 10.

De modo conferendi beneficia et officia ad collationem nostram spectantia.

Consuetudinem antiquam et hactenus observatam de modo et ordine conferendi beneficia et officia ad nostram collationem spectantia infringere seu immutare nolentes, statuimus et ordinamus, ut canonici actu in nostra ecclesia residentes, sive sint in sacris ordinibus constituti sive non, conferant illa secundum ordinem et tempus suae receptionis, ita ut unusquisque habeat mensem integrum, quo si aliquod beneficium vel officium vacaverit, qui tunc in turno conferendi existet, infra mensem alium, a die vacationis hujusmodi computandum, nominabit et praesentabit capitulo ad beneficium vel officium sic vacans personam idoneam, quam capitulum tenebitur admittere et recipere, et archidiacono loci, si opus fuerit, praesentare; si vero hujusmodi canonicus in turno existens in eo negligens fuerit, jus illud ad sequentem in turno, qui negligentiam illam in mense suo suppleat, devolvi volumus. Electionibus etiam praeposituraе, decanatus, plebaniae, scholasticae ac aliorum officiorum nostrae ecclesiae, in sacris ordinibus non constituti, secundum sacrosancti concilii Tridentini decretum, minime intererunt.

ARTICULUS 11.

De conferendo praeposituram, decanatum et plebaniam.

Praepositura, decanatu et plebania vacantibus, nulli per capitulum de eisdem provideatur, nisi fuerit dictae ecclesiae canonicus praebendatus; et quidem ad actualem residentiam in dicta ecclesia nostra praestandam tenebitur; et, si contingat taliter provisum praebendam, quam tempore suae electionis obtinebat, resignare, eo ipso praepositurам ipsam, decanatum vel plebaniam vacare censemus, et ad novam electionem procedi volumus. Plebania tamen, cum curam

Digitized by Google

animarum omnium parochianorum dictae ecclesiae nostrae annexam habeat, non nisi viro docto, qui velit et possit munus illud diligenter obire, conferatur. Quod si talis inter canonicos non reperiatur, poterit et debebit capitulum alium assumere, qui non sit de gremio ecclesiae, dummodo habeat alias qualitates a sacris canonibus requisitas.

ARTICULUS 12.

De anno gratiae mortuis et fabricae dando.

Statuimus et ordinamus, ut omnes canonici residentes, seu eorum executores aut haeredes, in die mortis eorumdem habeant et percipiant integros fructus grossos suarum praebendarum usque ad annum revolutum, distributiones vero, quae in choro fient, usque ad proximum festum sancti Joannis Baptistae, ac, si canonicus mortuus residens esset ac ecclesiam frequentaret. Antequam tamen dicti haeredes aut executores defuncti fructus aliquos ex anno gratiae percipiant, aut bonis defuncti sese immisceant, ad opus capituli duodecim florenos annuos acquirere debebunt pro fundatione anniversarii defuncti, aut saltem cautionem congruam praestare de illis duodecim florenis ante annum expiratum acquirendis, aut fructus omnes ipsius anni gratiae ad id relinquere. Fabrica vero nostrae praefatae ecclesiae solummodo habebit grossum ipsius praebendae anni sequentis.

ARTICULUS 13.

De praesentatione ad residentiam.

Insuper statuimus et ordinamus, ut quilibet canonicus seu capellanus, aut alius in ecclesia nostra beneficiatus, residere aut beneficio suo deservire cupiens, teneatur in vigilia nativitatis sancti Joannis Baptistae, primis vesperis de ipso sancto Joanne in ecclesia nostra interesse, et, illis decantatis, coram decano aut vicedecano et capitulo in loco capitulari

Digitized by Google

personaliter ad residentiam sese praesentare, juxta antiquum usum in dicta ecclesia nostra observatum. Et, si, dictis die et hora ad residentiam sese, ut praefertur, non praesentaverit, per totum annum erit foraneus; si vero praesentatus et admissus, integros fructus suae praebendae percipiet, ubi fuerit in sacro saltem subdiaconatus ordine, cum aetate ad illum a Tridentino requisita, constitutus, et ad ratam temporis, quo erit subdiaconus. Si in decursu ejusdem anni ordinem suscipiat, antea recipiet distributiones quotidianas, et anniversariorum, modo ánnum aetatis suae vigesimum in dicta vigilia sancti Joannis attigerit; nec antea, vel aliter admitti potèrit aut debebit; ad celebrandam tamen primas missas, seu earum honorarium nullus admittetur, qui non fuerit sacerdos in praedicta vigilia et ad plenam residentiam sive fructus integros admissus. Non debet autem nec potest canonicus ad residentiam faciendam, ut fructus integros suae prebendae percipiat, dictis die et hora sese praesentare, nisi plene expiratis annis defuncti et fabricae; poterit tamen, ut distributionibus quotidianis et anniversariorum gaudeat, sed fructus grossos tantum percipiet ab illa die, qua dictus annus fabricae fuerit completus, idque pro rata residui temporis usque ad sequentem festum ejusdem sancti Joannis. Si vero sic, ut praefertur, praesentatus et admissus reperiatur, in alio beneficio residentiam facere et residens ibidem publice censeatur, eo ipso praesentatio illa nulla sit et inanis, et ipse toto anno foraneus habeatur, ac si se non praesentasset; et, si quos fructus perceperit, ad restitutionem eorum tenebitur. Duas enim residentias canonicus facere non potest, neque etiam capellanus, nisi super hoc licentiam a capitulo ratione forte tenuitatis fructuum sui beneficii obtinuerit.

ARTICULUS 14.

De loco, ubi canonici morari possint.

Statuimus et ordinamus, ut omnes canonici residentes habitent et morentur in vico beatae Mariae, intra pontes

Digitized by Google

Sambriae et Mosae; qui vero extra hos limites absque licentia nostra habitare praesumpserit, pro absente et foraneo reputetur et habeatur.

ARTICULUS 15.

De modo lucrandi distributiones et anniversaria.

Cum sit rationi incongruum, ut, quibusdam officio suo et muneri satisfacientibus, alii pro libito absint, et nihilominus gaudeant emolumentis,quae praesentibus et divinum officium peragentibus a pie decedentibus legata aut alias a fidelibus donata, aut quomodolibet ordinata fuerunt aut erunt in posterum, idcirco statuimus et ordinamus, ut omnes, tam canonici quam capellani, distributiones lucrari volentes, diebus et horis, quibus in choro aut extra decantantur anniversaria, aut alia officia per Christi fideles pie instituta et fundata, dictis anniversariis et aliis officiis personaliter intersint. Absentes vero nihil prorsus percipiant, sed portio eorum praesentibus accrescat; inter praesentes vero numerari volumus infirmitate aliqua detentos. In illis scilicet horis soliti sunt residere, dum modo ea infirmitas ex crapula praecedente non proveniat; similiter et illi, qui pro negotiis nostrae ecclesiae absunt, hoc tamen discrimine, ut his accrescant partes absentium, illis autem minime.

ARTICULUS 16.

De juribus solvendis per abbatem saecularem, canonicos et capellanos in suis admissionibus.

Praeterea statuimus et ordinamus, prout ab antiquo observatum fuit, ut antequam abbas saecularis ad suam abbatiam, aut canonicus ad suum canonicatum et praebendam, per decanum seu vicedecanum et capitulum admittantur, satisfaciant eorum quilibet pro juribus receptionis (ultra quinquaginta duos asses pro claustrario, et quadraginta octo pro

Digitized by Google

secretario) quadraginta florenos Rhenenses; e quibus cedent praeposito, decano, scholastico et custodi quatuor stupheri, et duo singulis canonicis, si in examine litterarum recipiendi ac in ejus receptione praesentes fuerint; reliquum in usum fabricae convertetur. In receptione vero praepositi, decani, capellanorum et aliorum beneficiatorum in ecclesia nostra suisque dependentiis, quorum beneficium attingit valorem decem modiorum speltae, jura (ultra sedecim asses pro claustrario, et totidem pro secretario), ascendant ad quatuordecim florenos Rhenenses; et, si hunc valorem non attingant, ad septem dumtaxat, qui prout ante distribuentur.

ARTICULUS 17.

De literis non impetrandis a principibus.

Insuper statuimus et ordinamus, ut nullus canonicorum nostrorum aut capellanorum, necnon aliorum ecclesiae nostrae officiatorum aut suppositorum, impetret ab aliquo principe aut domino terreno aut spirituali, aliquas literas contra dictum nostram capitulum personasque ejusdem, clam vel palam, per se seu alios, pro quacumque habenda gratia vel negotio sese tangente; et si, ipso ignorante, alius suo nomine et pro ipso hoc fecerit, illas cessare et revocare procuret. Quod si aliter egerit, decreto decani et capituli puniatur.

ARTICULUS 18.

De executione ultimarum voluntatum canonicorum et capellanorum nostrorum.

Cum nihil sit, quod defunctis magis debeatur, quam ut extrema eorum voluntas, quantum in nobis est, adimpleatur; soleantque ad id in testamentis executores eligi, qui de bonis a testatore relictis libere, juxta tamen ipsius beneplacitum et ultimam voluntatem, disponant, statuimus et ordi-

Digitized by Google

namus, ne decanus aut vicedecanus, canonicus aut alia persona capitularis executores canonicorum aut aliorum ecclesiae nostrae beneficiatorum in suis ejusmodi executionibus praesumat impedire aut molestare, sed liberum illis sit de bonis omnibus a testatore relictis pro utilitate executionis hujusmodi disponere; dummodo tamen ante omnia cautionem sufficientem praestiterint de fundando, ut prius dictum est, anniversario defuncti, debitis ejusdem persolvendis, necnon de stando juri coram nobis, decano et capitulo, et de reddendo debitum computum ejusmodi suae cautionis in fine anni. Ne autem executores in dictis executionibus plus debito graventur aut ultra vires bonorum defuncti de suo etiam aliquid impendant, testamento in primis a nobis, prout moris est, approbato, (pro qua approbatione necesse est, solvant octo obulos Hollandiae) debitum inventarium bonorum, quae per testatorem relicta erunt, per notarium capituli coram duobus canonicis ad id deputandis confici curabunt, antequam sese illis immisceant, et postmodum in auctione publica dividentur, aut alias coram notario et canonicis, absque omni dolo et fraude, illa debite aestimari facient, necnon intra annum a morte testatoris, tribus diversis edictis seu proclamatoriis ad valvas cathedralis ecclesiae et hujus nostrae collegiatae affigendis, coram nobis citari curabunt omnes quoscumque creditores et legatarios defuncti, ut praetentiones suas exponant et probent sufficienter intra terminum eis ad hoc praefigendum; quo elapso, contumaces sua debita aut legata juxta antiquam nostrae ecclesiae consuetudinem amittant, et perpetuum silentium a capitulo imponatur. His vero non servatis, executores ipsi, quod in bonis a testatore relictis ad debita solvenda et voluntatem ejus extremam adimplendam deerit, ex propriis bonis suis supplere tenebuntur, tanquam si debita ipsimet contraxissent. Porro quilibet canonicorum, capellanorum et aliorum ecclesiae nostrae beneficiatorum, sive suppositorum, uti in secundariis ecclesiis Leodiensibus, de quorum numero ante erectionem novi episcopatus Namurcensis eramus, adhuc servatur, testamentum suum propria

Digitized by Google

manu in charta papirea vel in membrana scribere poterit, aut per alium fidelem describi curare, modo sua manu illud signaverit. Coram etiam duabus personis fide dignis verbo vel scripto de universis suis bonis disponere poterit; subsistetque tale testamentum et valebit, non minus quam si omnes solemnitates juris in eo observatae et adhibitae fuissent. Si vero contingat aliquem eorum intestatum decedere, decanus et capitulum onus assumentes executionis, exequias ejusdem, more solito, fieri curabunt, debita persolvent; residuum vero bonorum in pios usus pro majori conscientiae exoneratione arbitrio suo convertent.

ARTICULUS 19.

De exequiis canonicorum, capellanorum et aliorum suppositorum.

Consuetudinem laudabilem et hactenus observatam infringere nolentes, statuimus et ordinamus, ut exequiae singulorum canonicorum gratis per decanum et capitulum in choro nostro decantentur, una cum vigiliis novem lectionum et laudibus. Si vero pro voluntate defuncti aut executorum ejusdem alias missas decantari contigerit, solventur jura ordinaria. Exequias autem capellanorum et aliorum ecclesiae nostrae suppositorum, necnon domesticorum eorum, custos pro tempore celebrabit cum psalmodiariis in choro ipso, nisi decanus et capitulum ad id fuerint requisiti. Illis etiam aegrotantibus tenebitur sacramenta Eucharistiae et extremae unctionis administrare; sepulturam etiam ipsi in praticello claustri habebunt, et pro juribus solummodo solvent custodi unum obulum Hollandicum cum psalmodiariis dividendum, nec ultra id ad alia aliqua jura plebano solvenda tenebuntur.

ARTICULUS 20.

De jurandis statutis praesentibus.

Statuimus etiam et ordinamus, ut omnes et singuli canonici et capellani, et alii in ecclesia nostra beneficiati actua-

Digitized by Google

liter residentes, statim post publicationem horum statutorum juramento solemni affirment sese illa sub poenis et periculis in iisdem contentis inviolabiliter servaturos, absentes autem, cum ad residentiam venerint; necnon in futurum omnes et singuli in suis admissionibus ad idem juramentum praestandum compellantur. Nobis tamen potestatem et auctoritatem retinemus eadem salubriter pro temporis exigentia mutandi ac moderate corrigendi toties quoties id nobis videbitur.

In testimonium ac robur praemissorum omnium et singulorum sigillum ecclesiae nostrae praesentibus duximus apponendum.

† *Locus sigilli.*

Acta fuerunt haec et publicata in capitulo praedictae ecclesiae coram omnibus canonicis ac suppositis ejusdem capitulariter ibidem congregatis, feria sexta post festum sancti Joannis Baptistae, anno Domini 1612, singulis sub juramento solemni promittentibus sese dicta statuta sub poenis et periculis in eis contentis inviolabiliter observaturos.

Nos Franciscus Buisseret, Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Namurcensis. Suprascripta antiqua ecclesiae beatae Mariae Virginis hujus civitatis Namurcensis statuta jussu nostro a venerabilibus dominus praeposito, decano et capitulo ejusdem ecclesiae revisa, et omissis omnibus, quae hoc tempore in usu non erant ac decretis sacrosancti concilii Tridentini repugnabant, contracta, in praedictam formam redacta, authoritate nostra approbanda et confirmanda duximus, prout approbamus et confirmamus per praesentes, mandantes illa cum aliis per nos in visitatione nostra novissima factis, per venerabiles dominos, necnon capellanos et successores eorum in proximo generali capitulo publicari, ac in posterum novis canonicis et capellanis, antequam ad possessionem suorum beneficiorum admittantur, proponi et jurari.

In quorum fidem, et ad eorum statutorum majus robur,

Digitized by Google

illa manu nostra subscripsimus, et sigilli nostri subimpressione communiri jussimus.

Datum Namurci, die 18 mensis junii 1612.

FRANCISCUS, episcopus Namurcensis.

Subimpressum erat ejus sigillum filo rubro.

Laus (1).

FERDINANDUS, comes de Berlo de Brus, Dei, et apostolicae sedis gratia episcopus Namurcensis, ecclesiae cathedralis Leodiensis canonicus, in eadem majoris Campaniae archidiaconus, ecclesiae collegiatae beatae Mariae Virginis in civitate Namurcensis abbas saecularis, etc. Omnibus has visuris seu legi audituris salutem in Domino.

Cum pro parte venerabilium dominorum et capituli ejusdem ecclesiae collegiatae beatae Mariae Virginis Namurcensis nobis oblata fuerunt antescripta statuta ab ipsis recognita, et in nonnullis emendata et mutata, quatenus eadem, prout praedecessores nostri, eorumque emendationem et mutationem innovare et autoritate nostra approbare et confirmare dignaremur, attento praecipue, quod ejusmodi emendatio et mutatio multum contribuat in posterum ad augmentum cultus Dei, plurimasque difficultates ipsis innatas sedabunt; quo circa haec supra statuta innovamus, approbamus et confirmamus, mandantes desuper eadem per praedictos venerabiles dominos publicari et jurari, ac in posterum novis canonicis, capellanis et suppositis omnibus ejusdem ecclesiae, antequam ad possessionem admittantur, juranda et observanda proponi.

In quorum fidem et robur eadem manu nostra subscripsimus, et sigillo nostro majori communiri curavimus.

Datum in sancto Gerardo, die 1a septembris anni 1698.

FERDINANDUS, episcopus Namurcensis.

De mandato illustrissimi ac reverendissimi domini :

F., secretarius.

(1) *Laus*, c'est-à-dire *approbation*.

Digitized by Google

Et appositum ejusdem illustrissimi domini sigillum majus in hostia rubra.

Publicata sunt haec in capitulo coram omnibus canonicis capitulariter congregatis, 9 septembris 1698, singulis sub juramento solemni promittentibus sese dicta statuta sub poenis et periculis in eis contentis inviolabiliter observaturos. In fidem etc.

De mandato : N. DE LUGE, secretarius 1698.

Regula distributionum.

Cum reverendissimus dominus Buisseret in sua visitatione deprehendisset canonicos multas fundationes omittere, quas praedecessores religiose celebraverant, eas proposuit commutare in diligentiorem omnium horarum frequentationem. Hinc statuit, ut distributiones iis dumtaxat darentur, qui matutino interessent ante primum *Gloria* usque ad finem laudum, summae missae ante initium usque ad finem sextae vel nonae, cum ante prandium decantatur, vesperis pariter ante initium usque finem completorii.

Ad cujus faciliorem observantiam domini resolverunt, ut distributiones concedantur iis, qui matutino adfuerint ante *Gloria Patri*, *Venite exultemus* usque ad finem laudum; quando *Venite* non cantatur, ante *Gloria Patri* primi psalmi, aut finem ejusdem, si sit absque *Gloria Patri*.

Registre intitulé : *Records, règlements, statuts et fiefs, à la bibliothèque de la Société archéologique de Namur*, pp. 145-158.

Digitized by Google

Documents relatifs a la construction de l'église de Saint-Willibrord, a Anvers (1).

I.

Lettre de Philippe Prats, secrétaire des archiducs Albert et Isabelle, à Aubert Le Mire.

27 août 1613.

A monsieur le chanoine Le Mire,

Monsieur, Son Altèze m'a commandé de procurer d'entendre de vous à quoy l'on est endroit la fabrique de la nouvelle église qui se faict près de Borgherhout, à l'honneur de monsieur saint Willebrord, dont elle vouldroit bien veoir tirée sur du papier la forme et modelle, avecq déclaration de la longueur et largeur tant du chœur que de la nef, ensemble du nombre, grandeur et disposition de toutes les fenestres, le tout au pied de mesure, y adjoustant aussy sy les deniers pour tout l'ouvrage sont trouvez, en sorte qu'il n'y ait lieu que Son Altèze y face ou laisse quelque mémoire de bienfaict.

Et parce que l'expérience m'a faict toucher au doigt *quod sepe patrum segnes facit indulgentia gnatos*, je suis fort porté à colloquer mon fils aisné, eagé de treize ans, en quelque bonne maison de la ville d'Anvers, pour dez là continuer ses estudes ès bonnes lettres en l'escole des pères Jésuites, qui l'ont eu entre mains jusques maintenant qu'il s'en va achever la syntaxe à la saint Bavon prochaine. Si vois-je qu'il n'a nul exercice de la langue latine à faulte d'exercice domestique, et ainsy luy seroit fort à propos que sceussions trouver quelque bon chanoine, amateur des lettres, qui fût voisin du collège desdicts pères audict Anvers, qui eust grand soing de luy, avecq un pédagogue qu'il a.

(1) Voyez une notice sur l'origine de cette église, dans les *Analectes*, IX, pp. 478-483.

Digitized by Google

Sur quoy j'attendray volontiers vostre bon advis et assistence, et prieray cependant le Créateur de vous conserver, etc.

II.

Réponse d'Aubert Le Mire à Philippe Prats, secrétaire des archiducs Albert et Isabelle.

39 août 1613.

Amplissime clarissimeque domine,

Laudandus certe zelus serenissimae Suae Celsitudinis in ecclesiis tum aedificandis, tum instaurandis; nec potest quidpiam gloriosius a catholicis principibus fieri. Quod ad templum sancti Willibrordi attinet, fuit id primum vastatum temporibus Martini Rossemii, ac demum funditus anno 1581 per calvinistas excisum. Post inducias autem publicatas coeperat reverendissimus dominus patruus meus, piae memoriae, de templo iterum excitando cogitare; sed mors interveniens sanctum istud optimi antistitis propositum, ut et alia plurima, impedivit ac sustulit. Ceterum, jam a mensibus circiter quatuor, mihi a reverendissimo domino et a capitulo nostro cura ista commissa fuit novi templi a fundamentis excitandi. Secutus itaque exemplum Collis Acuti (1), curavi primum exstrui sacellum ligneum in veteri coemiterio sancti Willibrordi, in quo prima missa solenniter ac musice celebrata fuit feria tertia rogationum, praesentibus reverendissimo domino, capitulo, senatu ac numerosissimo populo nostrae urbis. Eoque die a plebeis hominibus oblati sunt centum viginti quinque circiter floreni, praeter amplas aliquot summas mihi ab honoratioribus ad usum novi templi promissas.

Feria secunda Pentecostis reverendissimus dominus in dicto sacello ligneo atque in coemiterio sancti Willibrordi confirmavit plus quam quadringentos Hollandos, Zelandos

(1) Montaigu.

Digitized by Google

ac Frisios, praeter pueros ac puellas Antverpienses quam plurimas.

Eodem die primam ego concionem ibidem habui de laudibus sancti Willibrordi, coram reverendissimo domino ac senatu nostro; secuti postea patres societatis Jesu et alii varii religiosi. Inter alias semel ibidem hispanice concionatus est pater Hieronymus Gratianus, Carmelita; cui concioni interfuit comes de Bossut et alii plurimi nobiles utriusque sexus, praeter Hispanos ac Lusitanos plurimos hac in urbe negotiantes. Atque occasione istius unius concionis Hispanicae accesserunt novo templo eleemosynae circiter trecentorum florenorum. Collegi et ego postea quasdam eleemosynas apud ditiores mercatores nostrae urbis, itemque apud Hollandos ac Zelandos catholicos. Et quod caput est rei, jam inde a feriis rogationum usque ad hoc tempus nunquam dies dominicus aut festus praeteriit, quin ad novum istud templum ex civitate pagisque vicinis aliquot hominum millia confluxerint; adeoque oblati fuerint viginta aut triginta circiter floreni diebus singulis dominicis seu festis.

Quod videntes reverendissimus dominus et domini capitulares, ibidem pastorem perpetuum collocarunt, qui singulis diebus dominicis ac festis divinum ibi officium celebrat, concionatur et vesperi hora quinta laudes beatae Mariae cum suis cantat. Magistratus porro Antverpiensis ad novam fabricam promovendam sexcentos florenos contulit, et totidem capitulum nostrum Antverpiense. Est autem nunc fere absolutus chorus, cui brevi tectum imponetur, Deo volente. Sumus tamen adhuc in aere alieno; nam chorus cum suis adjunctis constabit plusquam duodecim millibus florenorum, cum tamen non nisi sex aut septem millia sunt collecta. Sed bonus ac misericors Deus, qui dedit incipere, dabit et perficere, ut confidimus. Hoc autem anno non nisi chorum perficiemus, et (si Deus vitam et gratiam dederit, et pii fideles in eleemosynis offerendis perseverarint) reliquum templi aedificium proxima aestate aggrediemur. Nec erit ulta difficultas, ut spero, si modo insignem aliquam partem reliquiarum sancti Willibrordi potuerimus impetrare a reverendo domino abbate Epternacensi.

Digitized by Google

Quod ad plantam totius aedificii attinet, curabo illam nitide fieri, moxque transmittam. Tabulam porro altaris habet nunc sub manibus Octavius Vaenius, pictor eximius, Bruxellae commorans. Delineationem tabulae libens ostendet ac communicabit dictus Octavius, si serenissimae Suae Celsitudini ita visum fuerit. Quod autem petit Amplitudo Vestra, num serenissimis Suis Celsitudinibus locus relictus sit liberalitatis, respondeo quam maximum esse relictum, sive in dicta altaris tabula, sive in fenestris vitreis, quarum longitudinem ac latitudinem pariter transmittam. Esset sane longe gloriosissimum spectare sive in dicta tabula, sive in fenestris vitreis, aut utroque loco, monumenta pietatis ac liberalitatis serenissimarum Suarum Celsitudinum, quandocunque Hollandi, Zelandi ac Frisii templum sui apostoli sancti Willibrordi (quod faciunt quotidie) cum devotione frequentabunt.

Quod ad filium Amplitudinis Vestrae attinet, ego illi non modo domum, sed et meipsum meaque omnia libens volensque offero. Atque utinam detur aliquando occasio in ista aut simili re Amplitudini Vestrae gratificandi! In quo voto finio, et Deum supplex rogo, ut Amplitudinem Vestram reipublicae nobisque diatissime sospitet.

Raptim, Antverpiae, 30 augusti 1613.

Amplitudinis Vestrae studiosissimus,

AUBERTUS MIRAEUS.

Papiers d'État et de l'audience, liasse n° 472, aux Archives générales du Royaume.

Digitized by Google

Charte concernant la dime de Lixhe et la communion de prières établie entre les chapitres de Saint-Paul, à Liège, et de Saint-Jean-Baptiste, a Huy (1).

1169.

Ne per annorum successionem deleatur aut oblivione corrumpatur, quod ego Reynerus, ecclesie sancti Pauli prepositus, consentiente fratrum capitulo, concessi ecclesie de Chastres, que sita est in terminis decimationis de Lise, presenti pagina memorie mandavi. Laborantibus enim inopia congregationibus subveniendum est. Inde est, quod fatribus prefati loci in perpetuum concedimus et stabili jure firmamus, ut de animalibus, que circa oratorium de Chastres alentur infra bonuarium unum, nullam decimam solvant nisi sex denarios singulis annis in nativitate beati Johannis Baptiste. Quia vero prefata cella de Chastres ad ecclesiam beati Johannis Baptiste, que sita est Hoy, spectat, dignum duximus ad confirmandam caritatem, predicte majoris ecclesie societatem suscipere, eique nostram conferre, ut illa nostram et nos invicem illius memoriam habeamus in orationibus nostris et communiter defunctorum exequias celebremus.

Hec autem gesta sunt anno ab Incarnatione Domini m° c° lxix°, indictione ij^a^, regnante Friderico imperatore, Rodulfo ad pontificatum electo, annuente et attestante Henrico, ecclesie sancti Pauli decano, Friderico, magistro scolarum, Hugone, cantore, Ostone, ceterisque fratribus.

Original sur parchemin, sceau enlevé, aux Archives de l'État, à Namur.

(1) Cette charte a été publiée, mais avec quelques fautes de transcription, dans le *Bulletin de l'Institut archéologique liégeois*, VII, p. 256.

Digitized by Google

Documents relatifs a l'histoire de l'Université de Louvain (1425-1797), publiés par E. Reusens (1).

—

COLLÈGES ET PÉDAGOGIES.

—

7. Collège de Houterlé (2).

Le collège fondé par Henri de Houterlé en l'honneur du Saint-Nom de Jésus se trouvait rue *des Vaches*, vis-à-vis de la rue actuelle *du Manège*. Il était destiné exclusivement à des étudiants en théologie.

Collegium Houterlaeum.

« Nomen habet a fundatore Henrico de Houterlé. Fuit ille patria Hoogstratanus, presbyter, in divi Petri Lovanii scholarcha, ac peregrinus milesque dominici sepulchri seu Jerosolymitanus (3), Universitati Lovaniensi incorporatus tertio nonas novembris anni 1483. Idem alia quoque pie fundavit : nam et confraternitatem septem puerorum sancti Petri, quibus et domum suam minorem, collegio proximam, destinarat, in eadem divi Petri ecclesia instituit anno 1496. Postmodum, condito 29 decembris 1510 testamento, post alia pia nec pauca

(1) Suite. — Voyez tome XVII (2e série, I), pp. 149 et 326.

(2) Une notice sur le collège de Houterlé, composée par Mgr de Ram au moyen des matériaux rassemblés par Bax, a été publiée dans l'*Annuaire de l'Université catholique de Louvain*, 1842. Incomplète sous plusieurs rapports, elle présente toutefois un grand intérêt parce que le testament du fondateur Henri de Houterlé y est reproduit intégralement.

(3) On croit que Valère André, auquel cette phrase est empruntée, a voulu signifier par ces mots que Houterlé avait fait le voyage de Terre-Sainte et qu'il était associé à l'ordre du Saint-Sépulcre.

Digitized by Google

legata, ad Dei, Deiparae Virginis, quatuor evangelistarum et quatuor doctorum sanctae Matris Ecclesiae honorem, dictum collegium fundavit, domum suam majorem, quam inhabitare solebat via *vaccina*, et dotem relinquens in alimentum quatuor bursariorum in facultate sacrae theologiae studentium, quos voluit esse promotos in artibus, biretatos, quique locum obtinuerint ante medium totius ordinis suae promotionis, non habentes in veris redditibus viginti quatuor florenos Rhenenses communes annue; unum horum vult ab initio praesidentem collegii nuncupari, cui ceteri tres pareant; atque illum decem annis, reliquos septem gaudere posse suis praebendis sive bursis a se institutis; posse quoque a praeside tres aut quatuor commensales, sed non plures, tribus illis adjungi. Omnium vero et totius collegii perpetuos commissarios et directores designat decanum, curatum et scholasticum ecclesiae sancti Petri, necnon priorem monasterii Carthusiensium oppidi Lovaniensis. » Ita Paquot.

In testamento Henrici de Houterlé, condito 29 decembris anni 1510 (1), sequentia leguntur de fundatione duorum

(1) Comme nous l'avons déjà fait remarquer, le testament de Henri de Houterlé a été publié intégralement dans l'*Annuaire de l'Université catholique de Louvain*, 1842. La date y est indiquée dans les termes suivants : *Anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo undecimo, indictione decima quarta, mensis decembris die dominica vigesima nona.... pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Julii, divina Providentia papae secundi, anno suo octavo;* et dans un codicille du lendemain publié à la suite du document : *Die lunae tricesima.* La lettre dominicale de l'année 1511 étant E, le 28, et non pas le 29 décembre, était un dimanche. Il résulte de cette observation que le testament date du 29 décembre 1510 selon notre style ou manière moderne de commencer l'année. Car, pour cette dernière année, la lettre dominicale est F ; et le 29 décembre tombait, par conséquent, un dimanche. A cette époque, on faisait usage, à Louvain, des deux styles ou manières différentes de commencer l'année. La cour des échevins suivait le style de Brabant, dit aussi de Cambrai, qui prenait pour point de départ le samedi saint après la bénédiction du cierge pascal, tandis que l'Université et le

Digitized by Google

collegiorum : unius pro sacrae theologiae studiosis, alterius pro habitatione et communi usu septem puerorum sancti Petri :

« Deinde dictus dominus testator pie motus ad omnipotentis Dei ejusque intemeratae genitricis Mariae, quatuor Evangelistarum et quatuor doctorum sanctae matris Ecclesiae laudem, honorem et gloriam, suaeque animae salutem, unum collegium perpetuum quatuor bursariorum in facultate sacrae theologiae studentium sub statutis, regulis et ordinationibus infra descriptis fundare, erigere et dotare volens, dedit, legavit et reliquit domum habitationis suae magnam sive principalem, contiguam domui magistri Gerardi de Baussele, cum suis pertinentiis universis pro loco collegii memorati. Et confisus in Dei clementia et in praelatorum ecclesiasticorum et literatorum benevolentia, ut hujusmodi pia sua intentione non frustretur, et ad effectum debite deducatur et intertineatur, idem dominus testator elegit, ordinavit, nominavit et constituit praescripti sui collegii perpetuos commissarios et directores, videlicet venerabiles viros dominos decanum, curatum et scolasticum dictae ecclesiae sancti Petri, nec non priorem monasterii Carthusiensium praedicti oppidi Lovaniensis, pro tempore existentes. Per quos in dicto collegio institui voluit quatuor bursales in facultate sacrae theologiae, ut supra narratur, studentes, bonorum nominis et famae, promotos in artibus, biretatos, qui obtinuerunt locum et promotionem in artibus ante medium totius ordinis suae promotionis, non habentes in veris redditibus patrimonialibus vel beneficialibus, quibus possent se Lovanii ad continuandum studium suum sustentare, viginti quatuor florenos Renenses communes annue.

clergé avaient adopté le style de Liège, qui plaçait le renouvellement de l'année au 25 décembre, fête de la Noël. Le notaire Nicolas de Castro, qui reçut le testament de Henri de Houterlé et s'intitule *Leodiensis dioecesis, sacris apostolica et imperiali auctoritatibus notarius juratus*, a fait usage du style de Liège. Cette assertion est confirmée par l'indication de l'année du pontificat du pape Jules II ; en effet, la huitième année de ce pontife s'étend du 1 novembre 1510 au 1 novembre 1511.

Digitized by Google

» Voluit insuper et ordinavit, quod unus de dictis quatuor bursariis idoneus aliis per dictos sui collegii commissarios perpetuos constituatur et ordinetur, qui dicetur praesidens collegii; cui omnes in collegio pro tempore habitantes in licitis et honestis debeant esse obedientes.

» Ordinavit insuper, quod dicti bursales in dicto suo collegio habitare et praebendis suis infra declaratis gaudere poterunt annis septem continuis, praesidens vero annis decem, nisi, suis demeritis exigentibus, per praedictos collegii commissarios suspendantur vel priventur ab eisdem, ut clarius infra declaratur. Et si dictis commissariis videatur expedire, poterunt tempus morae cujuslibet praesidentis scilicet et bursariorum, qualitatibus personarum earumdem attentis, ad duos annos continuos et non ultra prolongare.

» Statuit etiam et ordinavit dictus dominus testator et fundator, quod praesidens et alii bursarii necnon commensales, si qui sint, in una communi mensa et esu et potu communi vesci et convivari debeant.

» Item placuit testatori, quod praesidens in expensis acceptare poterit tres aut quatuor commensales, sed non plures, qui pro expensis exsolvere habebunt ad utilitatem collegii et bursariorum ad minus viginti quatuor florenos Renenses communes annuatim, secundum ratam temporis, quo in expensis eorum fuerint.

» Item statuit idem dominus testator et ordinavit, quod ex dictis praesidente et bursalibus sive collegistis unus secundum senium eorum singulis septimanis pro provisione necessaria in coquina exponere debeat; et in fine cujuslibet septimanae simul de per eumdem expositis computum et calculum suis confratribus faciat; quo facto, quilibet pro rata illi expositori ex tunc satisfaciat, et illico idem onus exponendi pro tunc futura septimana sequens senior habeat.

» Item poterit praesidens acceptare unum scholarem artistam in expensis pro servitore mensae; qui tantum dare habebit duodecim vel tredecim florenos Renenses communes et non ultra, et illum, si sibi videatur convenire suis exigentibus demeritis vel negligentiis, licentiare, et alium in locum ejus acceptare.

Digitized by Google

» Item quod praesidens eligere poterit pro se in dicto collegio unam cameram sibi magis placentem, et post hoc reliquis bursariis ordinare alias cameras cum caminis; poteritque in una camera simul duos ordinare.

» Item voluit insuper et ordinavit, quod singulis diebus hora prandii, immediate post *Benedicite*, praesidens, vel senior bursalium in ejus absentia, astrictus erit et obligatus legere unum capitulum in Biblia, ut occasionem habeant in mensa disputandi et proficiendi. sub poena unius stuferi communitati mensae irremissibiliter eodem aut sequenti die applicandi.

» Deinde ordinavit statuit et voluit, quod singulis diebus immediate post prandium et post coenam, si non sit jejunium, dicti praesidens et bursales pro fundatore obligati sint et adstricti legere psalmos *Miserere mei Deus* et *De profundis clamavi ad te Domine*, et praesidens, vel senior bursalis in ejus absentia, collectam pro sacerdote defuncto cum collecta communi *Deus veniae largitor*.

» Item ordinavit ulterius dominus testator, quod praesidens et bursales in plateis honeste in veste honesta et clericali et cum caputio magistrali incedant, necnon ipsi et etiam commensales omni nocte ante pulsum campanae in collegio sint et dormiant ibidem, nisi necessitate propter praesentiam aliquorum suorum consanguineorum de scitu et speciali licentia praesidentis se absentarent, et alias non.

» Consequenter idem dominus testator et fundator ordinavit, quod dictum suum collegium habeat unum fidelem et idoneum receptorem, qui per dictos commissarios ordinabitur, et, suis negligentiis vel demeritis exigentibus, deponetur totiens quotiens eis videbitur expedire. Qui tenebitur bis in anno bursariis de quota ipsis competente secundum inferius ordinata satisfacere.

» Item pro prima institutione, quoad praesidentiam dicti collegii dictus dominus fundator et testator praesidentem primum instituere volens nominavit et in praesidentem institui voluit, atque instituit honorabilem virum magistrum Johannem Driedoens, alias Nys, de Turnhout, artium magis-

Digitized by Google

trum et in sacra theologia baccalarium formatum, suum amicum multum dilectum et summe fidelem praescriptum.

» Item ordinavit consequenter dictus dominus testator, quod, si in eventum aliqui de descendentibus ab Arnoldo de Houterlé, avo suo paterno, et Elie Mesens, avia sua, reperiantur idonei secundum praedictam suam ordinationem, et de legitimo thoro procreati, voluit illos omnibus aliis instituendis praeferri; et si tales non reperiantur, ex tunc voluit suos conterraneos de Hoochstraten et Turnhout, qualificatos ut supra, anteferri.

» Deinde dominus testator voluit, statuit et ordinavit, quod de et ex redditibus et bonis pro dotatione dicti collegii per eum, ut infra habetur, legatis et relictis praesidens ejusdem collegii pro praebenda sive bursa sua quadraginta duos florenos Renenses communes, et quilibet aliorum trium bursalium triginta similes florenos Renenses etiam communes, salvis infrascriptis, annis singulis tempore cujuslibet eorum durante, habeant et assequantur.

» Item ex eisdem bonis ipsi collegio, ut praefertur, relictis et legatis applicari voluit ultra census ex domo principali sive collegio exeuntes, pro melioratione, reparatione et intertentione ejusdem domus sive collegii, necnon bonorum mobilium eidem collegio, ut infra sequitur, ad usum ejusdem legatorum, singulis annis quatuordecim florenos Renenses communes.

» Item pro salario receptoris dicti collegii ordinavit et annis singulis eidem receptori dari voluit quatuordecim florenos Renenses communes ex dicti collegii bonis recipiendos.

» Item ordinavit ulterius dictus dominus testator, quod annis singulis in dicto collegio sit unum prandium honestum die convenienti paratum pro praedictis dominis commissariis perpetuis, ad hujusmodi prandium comparandum, necnon ad computum receptoris collegii audiendum, et collegium juxta ordinationem fundatoris visitandum, per ipsum praesidentem rogatis et vocatis.

» Et ipso prandio peracto et gratiis, ut praemittitur, dictis,

Digitized by Google

receptor dicti collegii de singulis per eum levatis, receptis et expositis, eisdem dominis commissariis in praesentia etiam dictorum praesidentis et suorum confratrum bursariorum computum et calculum faciet legales; et de hujusmodi suo computu eisdem dominis commissariis similiter et praesidenti copiam manibus dictorum dominorum commissariorum et praesidentis correctam, passatam et signatam, dabit, ut eo melius de anno in annum status collegii pateat eisdem.

» Deinde dicti domini commissarii ipsum collegium in singulis suis capitibus et membris visitabunt, defectus corrigent, et, meritis praesidentis aut aliquorum aliorum bursariorum exigentibus, eos a praebenda sive bursa et collegio suspendent vel privabunt; et casu privationis alium vel alios, idoneum vel idoneos, ut supra qualificatos, de novo instituent et admittent.

» Item aedificia collegii visitabunt, reparare et reformari facere ordinabunt, prout eis videbitur expedire ; quibus sic, ut praemittitur, peractis, receptor collegii cuilibet praedictorum dominorum commissariorum ad statim ex bonis communibus ipsius collegii decem stuferos communes dabit et exsolvet.

» Item casu, quo aliqui ex dictis bursariis tempore, quo in collegio habitaverint, aliquid in beneficiis aut ex successione parentum vel aliàs ultra viginti quatuor florenos Renenses annuos acquisiverint, nihilominus tamen voluit dictus dominus testator, quod poterint tempore praescripto in collegio permanere.

» Item pro dicti collegii dotatione et onerum ejusdem juxta praescriptas ordinationes et statuta sustentatione, dictus dominus testator eidem suo collegio bona et redditus infra declaratos dedit legavit et reliquit :

» Et primo braxatoriam unam, cum omnibus et singulis suis pertinentiis, horreo, stabulo, pomerio, horto et cacabo, et vasis ad dictam braxatoriam spectantibus, in Wilsele supra lapideam viam prope Lovanium sitam et *in Cacabo* appellatam;

» Item sex florenos Renenses haereditarii redditus, quos

Digitized by Google

habet ad et supra domum dictam *de Swaen*, sitam in opposito dictae braxatoriae ;

» Item tria bonaria terrae arabilis vel circiter in tribus petiis jacentia in campo dicto *d'Lanevelt*, ut in literis desuper confectis latius habetur;

» Item viginti octo florenos Renenses haereditarios, quos habet ad et supra domum cum suis pertinentiis Michaëlis Luyninckx, sardonis et calcificis, sitam Antwerpiae in platea dicta *Kipdorp*, in opposito hospitalis sancti Jacobi ibidem ;

» Item octodecim florenos Renenses haereditarios ad et supra domum dictam *den Grooten Ketele* cum suis pertinentiis universis, sitam in dicta platea *Kipdorp*, in oppido Antverpiensi praedicto;

» Item decem florenos Renenses haereditarii redditus, quos habet ad et supra domum domini Bergensis supra Zomam in Wouda ;

» Item decem florenos Renenses aureos haereditarii redditus, pro quibus annue solvuntur tredecim Renenses communes, quos habet ad et supra unam curtim cum suis pertinentiis in Wemmele jacentem, Wilhelmo 't Serclaes spectantem ;

» Item octodecim florenos Renenses haereditarios, quos habet ad et supra domum sive curtim dictam *'t Hoff ten Berghen*, et certa alia bona Egidii Vrancx, juxta tenorem literarum desuper existentium;

» Item quatuor et tres cum dimidio florenos Renenses haereditarii redditus, quos habet ad et supra domum cum suis pertinentiis Johannis Vullinck, notarii Universitatis Lovaniensis;

» Item octo florenos Renenses haereditarios, quos habet ad et supra domum stantem in foro piscium Lovaniensi, et alia bona immobilia in parochia de Heverlis jacentia, ad quondam Jacobum Christiaens spectantia;

» Item quatuor florenos Renenses haereditarios, quos habet ad et supra domum Petri Fabri circa domum dictam *den Papegay* in platea dicta *de Borchstrate* jacentem, *Royen-*

Digitized by Google

schilt in de Steenstrate, et certas alias domus sitas *in de Broeckstraet*;

» Item sex florenos Renenses hereditarios, in quibus obligatur Joseph Boone, scrinifex, juxta tenorem literarum scabinalium desuper confectarum;

» Item quatuor florenos Renenses hereditarios ad et supra domum dictam *den*.....;

» Item duodecim florenos Renenses hereditarios,et triginta quatuor stuferos hereditarios, quos habet ad et supra domum lapideam dictam *den Anthonis*, sitam circa Minores Lovanii, spectantem Wilhelmo Cloestermans;

» Item duos florenos Renenses hereditarios, quos habet ad et supra braxatoriam dictam *den Ynghel, in den Wierinck* stantem;

» Item tres florenos Renenses hereditarios, quos habet ad certa bona et hereditates quondam Henrici Boone in Oosterhem prope Herent vel circiter;

» Item duos florenos Renenses hereditarios, quos habet ad et supra quandam domum sitam *in de Vetterys*, spectantem Johanni De Man juniori;

» Item quatuor florenos Renenses hereditarios, quos habet ad et supra domum Henrici Mouwe et Christinae Wayers, conjugum, stantem *in de Leghestrate;*

» Item duos cum dimidio florenos Renenses hereditarios, ad certa bona in Rodio sancti Petri jacentia et Henrico Drabbequier, barbitonsori, spectantia;

» Item duos equites aureos hereditarii redditus, de quibus unum acquisivit erga Michaëlem Van Ophem, et reliquum erga Johannem Boegaert; et solvuntur annis singulis pro quolibet viginti septem stuferi;

» Item octo florenos Renenses hereditarios, quos habet ad et supra bona Johannis Van den Borch sita in Nederyssche;

» Item medietatem redditus hereditarii viginti florenorum Renensium, quem redditum habet ad et supra *de Meynen* ducis Brabantiae, et quos annis singulis solvere habet receptor domini ducis in Lovanio;

» Item duos modios siliginis hereditarii redditus super

Digitized by Google

certis terris jacentibus in Leefdale, et quos solvit Johannes Pols ;

» Item et unum modium siliginis hereditarii redditus, quem acquisivit erga Michaëlem Van Ophem in Leefdale anno quingentesimo septimo, vicesima maii.

» Deinde de bonis suis mobilibus et etiam illis, quae Lovanii *vliegende erve* appellantur, dictus dominus testator dicto suo collegio legavit et reliquit :

» Primo decem lectos meliores, de quibus nondum disposuit, una cum lecticis eorumdem, et pro quolibet lecto duo paria lintheaminum, duo pulvinaria et unam sargiam sive unum superlectile de melioribus secundum bonitatem lectorum hujusmodi ;

» Necnon omnia stannea, cuprea et ferrea domus utensilia sua, quinque mensas meliores, sex tritsoria (1) meliora, omnia sedilia, cistas sive promptuaria, omnes mappas et manutergia linea sua omnia.

» Item omnes imagines in domo existentes ibidem manere voluit et ordinavit.

» Item adhuc dicto suo collegio legavit duodecim cussinos sediles de suis melioribus.

» Item omnes libros suos eidem collegio legavit et reliquit, necnon in una camera apta simul locari et poni voluit et ordinavit ; ad quam quidem voluit dictis suis collegistis et bursariis liberum aditum esse.

» Deinde idem dominus testator pro habitatione et communi usu septem puerorum sancti Petri per eum sub certis etiam regulis et ordinationibus et dotationibus pridem ad honorem sancti Petri institutis legavit et reliquit eisdem domum suam minorem sitam versus partem orientalem cum suis pertinentiis universis ; voluitque, quod eadem domus aditum habeat ad puteum, ita quod hortus collegii bursalium separetur a dicta domo puerorum per interstitium sive murum secundum latitudinem putei ; in quo quidem interstitio illi de collegio facere poterunt parvam januam ad hauriendam etiam ex puteo aquam ex horto magno gradiendo.

(1) *Tritsorium*, *trisorium* ou *drisorium*, dressoir.

Digitized by Google

» Item ostia ejusdem minoris domus obstrui voluit et ordinavit, ita quod ex platea communi debeant in ea habitantes habere eorum introitum et exitum, et non per portam collegii sive magnae domus. Et si alibi quam per fenestram inferiorem ad partem collegii respicientem lumen recipere poterit, fenestram eandem similiter obstrui voluit, ut bursales et collegistae possint esse liberi in collegio eorum.

» Item ordinavit, quod magister scholae ecclesiae sancti Petri praedictae pro tempore existens, si voluerit, in dicta domo puerorum cum eisdem habitare poterit et emolumentis communibus domus gaudere; pueros ipsos regere et in moribus dirigere habebit et debebit. Alioquin ordinavit, quod decanus, plebanus, scholasticus et senior provisorum sancti Petri providere habebunt eisdem pueris de magistro idoneo, qui sub onere praescripto inhabitabit eamdem domum.

» Voluit insuper dictus dominus testator, quod praesidens dicti sui collegii habeat visitationem et correctionem dictorum puerorum in moribus et disciplinis totiens quotiens ei visum fuerit expedire.

» Deinde idem dominus testator, eisdem pueris largius volens providere, legavit et reliquit eisdem in communi redditus hereditarios sequentes :

» Primo videlicet unum florenum Renensem hereditarium, quem habet ad et supra domum Walteri Van den Wauwere, factoris;

» Item adhuc duos florenos Renenses hereditarios, quos habet supra certa bona Jacobi Ludovici habitantis in Rotselaer;

» Item unum modium siliginis hereditarium, quem habet ad et supra bona Petri Bohon dicti de Luyckere;

» Item tres florenos Renenses hereditarios, quos habet supra domum Everardi de Winghe sitam *in de Steenstrate;*

» Item tres petros hereditarios, quos habet ad domum dictam *de Mussche* Johannis Hocx, ad opus receptoris dictorum puerorum loco redditiuum dequitatorum, qui pro receptore prius fuerant ordinati;

» Item adhuc tres petros haereditarii redditus, quos habet

Digitized by Google

ad et supra certas personas et bona, quae tenet Johannes Hech circa Begardos commorans, etiam ad opus ut supra receptoris praescripti.

» Item adhuc legavit dictis pueris medietatem hereditarii redditus viginti florenorum Renensium hereditariorum, quem habet ad et supra *de Meynen* ducis Brabantiae, et quos receptor domini ducis annis singulis solvere habet in Lovanio;

» Item adhuc septem florenos Renenses hereditarios, quos habet ad et supra certa bona curtis *de Vosberghe* in Werchteris situata; quem quidem redditum fabrica sancti Jacobi annis singulis solvit;

» Item unum florenum Renensem hereditarium, quem habet supra Laurentium Aerts *in de Dorpstrate* Lovanii commorantem;

» Item adhuc duos florenos Renenses haereditarii redditus, quos habet ad et supra domum Michaëlis Porvoys; et adhuc unum redditum duorum florenorum Renensium hereditariorum, quem acquisivit ad bona Sebastiani Van Leeuwe, scrinificis, sita in nova platea.

» Item dictis pueris reliquit etiam et legavit tres lectos meliores cum lecticis eorumdem, de quibus non disposuit, et pro quolibet lecto duo paria lintheaminum, duo pulvinaria et unam sargiam secundum bonitatem lectorum convenientia; necnon sex de melioribus cussinis sedilibus, de quibus etiam non disposuit.

» Voluit insuper dictus dominus testator, quod de omnibus et singulis bonis hereditariis et mobilibus, per eum ad opus dicti sui collegii et etiam puerorum sancti Petri relictis, fiat unum inventarium manu notarii signatum, et sub manibus dictorum commissariorum et collegii praesidentis deponatur et maneat; quodque omnia praescripta bona meliori modo, quo fieri poterit, interteneantur.

» Item, si videatur dictis commissariis expediens et utile, ordinavit et voluit, quod dicta braxatoria, per eum dicto collegio, ut praefertur, legata, vendatur et ex pecuniis inde provenientibus redditus hereditarii ad opus praedictum emantur.

Digitized by Google

» Item in eventum, quo aliqui ex redditibus collegio suo vel pueris sancti Petri aut etiam pro anniversario suo legatis dequitentur, voluit ex tunc pecunias inde provenientes ad alios redditus etiam hereditarios similiter applicari.

» Item legavit et reliquit idem dominus testator venerabili et egregio viro domino ac magistro nostro Adriano Florentii de Trajecto (1), dictae ecclesia sancti Petri Lovaniensis decano, unum pottum argenteum, quem dominus testator asseruit se habere satis magnum, rogans eumdem, ut et tamquam hujus testamenti sui executionis (in quibus ab executoribus suis requisitus fuerit) superintendens, eisdem omnem assistentiam facere dignetur et oculum ad dictum suum collegium et pueros sancti Petri habere et eis in necessitatibus suis assistere velit.

» Residuum suorum argenteorum, de quibus supra et infra non est dispositum, idem dominus testator usui dicti sui collegii legavit et reliquit.

» Residuum vero omnium suorum bonorum, de quibus ante vel post non est per praefatum dominum testatorem dispositum, idem dominus testator reliquit in tres partes aequales dividendum, ita quod in hujusmodi tertia parte non cedant aliqui redditus haereditarii; quarum partium primam partem collegio suo et secundam domui dictorum puerorum sancti Petri in redditibus hereditariis convertendam legavit, ac tertiam partem subdividi voluit in duas partes aequales, quarum etiam primam partem reliquit monasterio fratrum Minorum ad opus aedificiorum ejusdem, et reliquam monasterio Carthusiensium Lovaniensium pro necessariis suis convertendam.

» Item insuper ordinavit dictus dominus testator, quod ex bonis omnibus, dicto suo collegio, sicut praemittitur, per eum legatis et eidem etiam ex dicto residuo ratione dictae primae tertiae partis ejusdem residui proventuris, residuum superexcrescens ultra onera in praesenti suo testamento descripta et ordinata annis singulis inter praesidentem et bursarios

(1) C'est lui qui, dans la suite, devint pape sous le nom d'Adrien VI.

Digitized by Google

suos confratres secundum ratam et quotam bursarum eorumdem dividatur in usum proprium convertendum.

» Postremo vero idem dominus testator, ut hujusmodi sua ultima voluntas debitum suum sortiatur effectum, elegit, nominavit et constituit suos et hujusmodi sui testamenti fideles executores venerabiles viros dominos et magistros Nicholaum Baechem de Egmunda, artium et sacrae theologiae professorem eximium, cui unam tasseam argenteam, quam ex sorte oppidi Harlemensis habuit, dominum Ludovicum de Viridi Valle, dictae ecclesiae sancti Petri canonicum, cui unam tasseam argenteam de majoribus suis tasseis, magistrum Johannem Driedoens praescriptum, cui unam tasseam argenteam, quam ex sorte oppidi Lovaniensis habuit, circa duas marchas argenti ponderantem, et Gerardum de Thimo, oppidi Lovaniensis secretarium, suum compatrem, cui etiam unam tasseam ex suis communibus tasseis argenteis legavit et reliquit.

» In quorum suorum executorum manibus ad opus adimplendae executionis hujusmodi sui testamenti omnia et singula sua bona mobilia et immobilia reposuit. » Hucusque verba sunt testamenti.

« Obiit fundator anno 1512 stylo novo, seu, ut tunc supputabant, 1511 (1), conditus in divi Petri ante aram Nominis Jesu, ubi positum illi fuit cenotaphium ad parietem nunc ligno opertum, adjecta hac inscriptione : D. O. M. CONDITUR SUB STRATO LAPIDE HENRICUS DE HOUTERLE, ARTIUM MAGISTER, PRESB. HUJUS ECCLESIE SCHOLASTICUS, DOMINICI SEPULCHRI PERE-

(1) Paquot se trompe lorsqu'il affirme que de Houterlé mourut le 2 janvier 1512 (nouveau style). De Houterlé, qui fit son testament les 29 et 30 décembre 1510 (voyez ci-dessus, p. 59, note 1), était déjà gravement malade à cette époque (*corporali aegritudine detentus*, dit le testament), et mourut quatre jours plus tard, c'est-à dire le 2 janvier 1511. Notre assertion se prouve : 1° par l'*Extrait du rapport de* 1589, que nous donnons à l'alinéa suivant, et 2° par un passage de la chronique de la Chartreuse de Louvain, que nous avons publié dans les *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique* XIV, p. 282.

Digitized by Google

GRINUS ET CULTOR. HIC BURSARIOS IN S. THEOLOGIA IV, PUEROS S. PETRI HONORE VII, MISSAS IN HEBDOMADA ISTIC, ALIAQUE DOTAVIT OPERA PIA AC INSTITUIT. OBIIT ANNO MDXI, JANUARII II. In pavimento proximo lapis sepulchralis est cum viri effigie aeri insculpta; circum vero haec verba : HIC JACET SEPULTUS VENERABILIS | VIR MAGISTER HENRICUS DE HOUTERLE | MILES JHEROSOLIMITANUS DUM VIVERET | HUJUS ECCLESIE SCOLASTICUS QUI | OBIIT ANNO DOMINI M° V^C XI, MENSIS JANUARII DIE SECUNDA. » Ita PAQUOT.

Circa annum Domini 1511 dominus et magister Henricus Houterle, collegiatae ecclesiae sancti Petri Lovaniensis scholasticus, suam domum, quam satis amplam habebat in platea *vaccarum*, reliquit ad fundationem hujus collegii pro studiosis theologiae, et ultra illam reditus ad quatuor bursas; ex quo sic erectum collegium vulgo nuncupatum est collegium *Houterle*.

Tribus ex his bursis singulis attributi sunt triginta floreni annui, et quartae pro praesidente quadraginta duo.

His quatuor bursis ex testamento domini et magistri Joannis Polleti (1) accessit quinta triginta octo florenorum, super bonis marchionis Bergensis assignatorum; et deinde adhuc duae aliae ex fundatione reverendissimi domini Petri Curtii, episcopi Brugensis, singulis earum attributo annuo reditu quinquaginta florenorum super oppido Lovaniensi assignato.

In hoc collegio usque ad annum 1578 continuo fuerunt septem bursarii, annumerato praeside. Qui omnes post ingressum militaris praesidii, dicto collegio per illud mirum in modum gravato, tam praesidens quam alii bursarii non valentes ferre onera statim, Lovanio etiam derelicto, fugerunt, deserto collegio et omnibus, quae in eo erant, prout etiam idem praesidens in ejusmodi fuga extra Lovanium mortuus est (2).

(1) Jean Pollet, de Courtrai, licencié ès-droits, chanoine de Lille et inquisiteur de la foi.

(2) Le docteur Henri Crokaert, expulsé de son collége par les soldats de la garnison, se réfugia à Namur, où il mourut le 29 septembre 1581.

Digitized by Google

Per quos hospitatos milites quaecumque in collegio erant direpta fuerunt, et aedificia sic immaniter tractata, ut dictum collegium non tantum inhabitabile, sed plane caducum et ad ruinam quodammodo propensum factum fuerit, et adeo quidem ut vix mille florenis ad priorem statum reduci possit.

Reditus hujus collegii, qui ad centum florenos ab oppido Lovaniensi, ad triginta octo florenos super domanio Bergensi, et parvi quidem a diversis personis debentur, a plurimis retro praeteritis annis, ad minimum undecim, non fuerunt soluti, et in reliquationibus adhuc haerent.

Hujus collegii praesidens novissimus, sicut dictum est, in fuga mortuus, fuit dominus et magister Henricus Crockaert, sacrae theologiae doctor.

In praesenti pro dicti collegii praeside, observatore et receptore constitutus est dominus et magister Wallius, sacrae theologiae doctor, habitans in domo dicto collegio proxima, qui pro hoc suo labore ex reliquis arriragiis per eum recipiendis accipiet decimum quintum denarium tantisper, dum collegium restitutum erit (1).

Ejusdem collegii provisores seu visitatores sunt decanus, plebanus et scholasticus dictae ecclesiae sancti Petri Lovaviensis cum priore monasterii Carthusiensium ejusdem oppidi pro tempore.

(Extrait du rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en 1589).

« Cum autem annis 1578 et 1579 Lovaniensis urbis per milites devastatione aedes quoque hujus collegii desolatae ac per annos aliquot desertae fuissent, easque anno 1598 restaurare provisores intenderent, una praesidis conditionem immutare placuit, nec aliquem e numero studiosorum, ut

(1) Le docteur Gilles Wallius qui, à sa mort en 1593, légua toute sa fortune pour être repartie en bourses en faveur des étudiants pauvres, fit d'abord soigner les intérêts du collége par Nicolas Jordani, de Vessem, prêtre et chapelain de Saint-Pierre, mort en 1587. Plus tard, le docteur Guillaume Fabricius releva le collège de ses ruines.

Digitized by Google

ante factum, neque decennalem, sed perpetuum eligi in posterum visum est. Cujus immutationis faciendae dictis provisoribus facultatem dedit auctoritate apostolica Bruxellis 27 aprilis ejusdem anni pontificius nuntius Octavius, episcopus Tricaricensis. » Ita Paquot.

Anno 1775, sub praeside Josepho Gisleno Riga, collegium hoc pro majori parte e fundamentis reaedificatum et partim restauratum fuit. » Ita Bax.

Praesides collegii Houterlaei.

I. Joannes Driedo, Turnholtanus, tunc sacrae theologiae baccalaureus formatus, postea doctor, ab ipso fundatore moriente positus rexit ad initia julii 1521. Vide sacrae theologiae doctores.

II. Nicolaus Béken, Diesthemiensis, anno 1515 in artibus e paedagagio Porci tertius, erat praesidens a semianno 3 januarii 1522. Item legitur praeses 27 junii 1530 et 14 junii 1531. Regimine cessit vel obiit anno 1532, post 22 januarii.

III. Joannes Stannifex, vulgo *L'Estainier*, Gossiletanus (ex Gosselies), primus in artibus e paedagogio Porci anno 1512; dein in eodem paedagogio circa annum 1520 philosophiae professor celeberrimus; auctor *Commentariorum Lovaniensium in Organum Aristotelis*, qui ad hunc diem sine nomine circumferuntur. Collegam seu potius discipulum habuit Joannem Beverum, cujus commentarii extant in libros Aristotelis *De physica auscultatione* et libellos cognatos. Stannifex circa annum 1520 licentiae lauream in sacra theologia adeptus est. Tum anno 1532 collegii hujus praeses constitutur, eidem muneri post quatuor cum dimidio circiter annos immoritur 1 novembris 1536. Vide Paquot, *Mémoires*, éd. in-fol. III, p. 622.

IV. Petrus Titelmannus vulgo *Titelmans*, Hasselensis, alumnus paedagogii Porci ac primus in scholis artium anno 1531.

Digitized by Google

Erat Francisci Titelmanni frater, qui et anno 1521 similiter in artibus primum locum obtinuerat, ac dein in ordine sancti Francisci, Recollectorum prius, postea Capucinorum, claruit. Petrus gradum licentiae in sacra theologia adeptus, anno 1536 exeunte collegii hujus praeses constitutus, praefuit ad annum 1540. Dein decanus Rothnacensis et postea canonicus Cortracensis. De ejus inquisitione et zelo contra haereticos Flandriae pastores mira referuntur. Obiit 5 septembris 1572. Fundavit bursas duas in Porco, singulas 30 Rhenensium, bursam unam 12 florenoram in collegio Vaulxiano, et 6 Rhenenses hereditarios in Standonck. Haec ex bursali libro Valerii Andreae.

V. Judocus Ravesteyn, Tiletanus, praeerat die 17 junii 1541 et adhuc 2 maji 1553, cum discessisse videtur. Anno 1525 in artibus e paedagogio Lilii quartus; dein in hoc paedagogio philosophiae professor; 5 octobris 1546 sacrae theologiae doctor renuntiatus est. Praefuit huic collegio ab anno 1540 usque ad 2 maji 1553, vel circiter. Obiit 7 februarii 1570. Vide sacrae theologiae doctores.

VI. Martinus Hessels, filius quondam Wilhelmi et Marthae 's Coninexs, Lovaniensis, sacrae theologiae licentiatus, Joannis Hesselii sacrae theologiae doctoris et professoris frater, et in professione ordinaria sacrae theologiae et canonicatu secundae fundationis in divi Petri anno 1558 vel 1559 successor; ad haec canonicus sancti Servatii Mosaetrajectensis. Collegio huic praeficitur post dimissionem Judoci Ravesteyn, et 11 augusti 1559 adhuc erat praeses, ut patet ex documento aliquo authentico. Obitus ignoratur.

VII. Jacobus Carlier, Insulensis, successit Martino Hessels verosimiliter anno 1560, et praefuit usque ad 18 maji 1561.

VIII. Andreas Fabri, Leodiensis, collegio praeerat 22 junii 1561, et adhuc 24 aprilis 1564, ut constat ex documento authentico.

IX. Guilielmus Bastyns, antea hujus collegii bursarius, praeerat 24 octobris 1565.

Digitized by Google

X. Matthias Lambrecht, postea episcopus Brugensis, praeerat 28 septembris 1569. Cfr *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, IV, p. 239.

XI. Guilielmus Campdavaine praeerat 4 octobris 1570.

XII. Henricus Crokaert, Anderlechtensis, jam praeerat 31 augusti 1572. Per plures annos collegium rexit. Post annum 1578 coactus vexationibus praesidii militaris collegium derelinquit, et Namurcum aufugit, ubi obiit 29 septembris 1581. Vide sacrae theologiae doctores.

XIII. Nicolaus Jordani vel Joerdens, de Vessem, presbyter, ad divum Petrum capellanus, praeses fit 3 octobris 1581, et eodem die rector domus septem puerorum sancti Petri. Obiit anno 1587, circa 10 novembris.

XIV. Ægidius Wallius, Brugensis, erat praeses anno 1589. Vide *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, I, p. 158, et supra inter praesides collegii minoris theologorum.

XV. Guilielmus Fabricius, Noviomagus, erat praeses 31 decembris 1598. Vide supra inter praesides collegii majoris theologorum.

XVI. Philippus Powaeus, sacrae theologiae licentiatus, collegium ingressus est 20 decembris 1603.

XVII. Guilielmus Mercerus, Athensis, postea sacrae theologiae doctor, constituitur praeses hujus collegii 1 januarii 1605. Anno 1611 transivit ad praesidentiam collegii minoris theologorum. Obiit 6 augusti 1639 collegii Adriani VI, pontificis, praeses. Vide sacrae theologiae doctores.

XVIII. Jacobus Moreau, Marchiennensis ad pontem Sambriae, sacrae theologiae licentiatus.

XIX. Michaël De Fraey, Bruxellensis, sacrae theologiae licentiatus, fit praeses 2 januarii 1614; discedit ante 6 octobris 1631. 17 martii 1632 fit canonicus ad sanctum Piatum in oppido Secliniensi.

Digitized by Google

XX. Martinus Leunckens, Lovaniensis, sacrae theologiae licentiatus, anno 1632 vel 1633 (1) hujus collegii praeses constitutus, eidem muneri immoritur paucis diebus ante 8 octobris 1633. Anno 1625 successerat in plebania divi Petri Joanni Paludano, sacrae theologiae doctori, promoto ad regiam sacrae Scripturae professionem et canonicatum in divi Petri. Anno 1628, defuncto Guilielmo Fabricio, nominatus fuerat apostolicus et regius librorum censor et primae fundationis canonicus.

XXI. Carolus de Delmot, Athensis, sacrae theologiae licentiatus. Bax eum praeponit Martino Leunckens.

XXII. Antonius Loverius, Ghelensis, sacrae theologiae licentiatus, apostolicus ac regius librorum censor. Antea fuerat regens paedagogii Castri. Vide Kuyl, *Gheel vermaerd door den eerdienst der H. Dimphna*, p. 388.

XXIII. Arnoldus Christophori, alias *Stoffels*, Mechliniensis, primum ad divum Petrum Thorolti in Flandria, et deinde 8 novembris 1652 Lovanii ad divum Petrum canonicus. Obiit Lovanii sepultus in divi Petri 7 decembris 1676.

« Anno 1637, 20 novembris, praesidentiam hanc adiit Arnoldus Christophori, vulgo Stoffels, Mechliniensis, sacrae theologiae licentiatus et presbyter, seu potius collegium conduxit, commodo vel incommodo suo illud administrandum.

« Anno 1663, 18 martii, erat presbyter et canonicus sancti Petri, aetatis tunc 55 annorum.

« Ei ad proprias aedes migranti successit Joannes Cobbelgiers. » Ita Bax.

XXIV. Joannes Cobbelgiers, Lovaniensis, filius Caroli et Mariae Cansmans, filiae Francisci et Catharinae Hollants, natus anno 1606 vel 1607, presbyter anno 1630, sacrae theologiae licentiatus, praesentatus est ad plebaniam divi Petri ante 8 octobris 1633; sed lis orta est circa hanc praesen-

(1) Certe erat hujus collegii praeses 8 novembris 1633.

Digitized by Google

tationem. Factus dein anno 1677, per dimissionem illustrissimi domini Francisci Van Horenbeeck, nominati episcopi Gandavensis, collegiatae divi Petri Lovanii decanus, plebaniam anno 1679 dimisit. Obiit 25 martii 1685. Quondam plebanus vigilantissimus, et in peste pastor bonus, in ecclesia divi Petri confraternitatem venerabilis Sacramenti erexit. Aliquando ad episcopatum Iprensem nominatus fuit. Omnia bona temporalia in pias fundationes et quatuor bursas in hoc collegio Houterleano reliquit. Insignia : Stella. Lemma : SIT LUX IN TENEBRIS, NON IN LUCE TENEBRAE.

XXV. « FRANCISCUS CAROLUS COBBELGIERS, Lovaniensis, Porcensis olim gymnasii alumnus et 93us in scholis artium anno 1647, erat frater Joannis certo, sed non scio an fuerit praeses; debebat esse praeses juxta primam mentem fundatoris quatuor bursarum, fratris sui; sed 9 augusti 1684, consentiente Joanne, Franciscus a provisoribus tantum donatus est reditu vitalitio 60 florenorum, quem acceptavit. » Ita PAQUOT.

XXVI. ISAAC ANTONII, vulgo *Antonissens*, Turnhoutanus, ex praeside hujus collegii factus 22 augusti 1685 viceplebanus ad divum Petrum Turnhouti, ibidemque verosimiliter obiit anno 1709 vel initio 1710.

XXVII. CORNELIUS GOVARTS hoc collegium conduxit ducentorum annuorum florenorum stipendio 4 februarii 1687, eo quod fundatio inveniretur insufficiens pro intertentione praesidis et ministrorum, elocantibus provisoribus N. Pauwels et Franç. Bodaert, Carthusianorum priore. Ex computu hujus collegii constat eum jam gessisse nomen praesidis 7 augusti 1699. Cornelius Govarts erat capellanus ad divam Gertrudem Lovanii, et in divi Petri scholasticus 1 junii 1689 designatus, priori beneficio permutato cum Petro Govarts, consiliario Mechliniensi.

Obiit 16 januarii 1718, biduo post sepultus in divi Petri. Successit circa 6 aprilis 1718

XXVIII. HERMANNUS THEOBALDUS (1) PORINGO, Thenensis,

(1) Semper signat : H. D. PORINGO.

Digitized by Google

baptizatus 4 decembris 1685, filius Joannis Hermanni et Mariae Susannae de Berthout, et Henrici Antonii, J. U. doctoris, frater germanus, olim Porci alumnus et in scholis artium anno 1704 53us, sacrae theologiae baccalaureus formatus, ad divum Petrum capellanus et pastor tertiarius, cum Clementinae constitutioni *Unigenitus* parere detrectasset (interrogatus mense martio 1729 a domino Damen, archipresbytero, an acceptaret bullam, negavit et simul factam a se formulari subscriptionem retractavit; paulo post Damenius ei, Cinckio et Vivieno significavit tres monitiones canonicas; hi conquesti sunt apud rectorem ut solum legitimum judicem; monuit Damenius sabbatho sancto, ne missam ultra celebrarent; paruere; post 25 junii citati hi cum aliis decem apud officialem Mechliniensem; intervenit rector et eos ab Universitate exclusit) collegii regimine et dicto beneficio 15 augusti 1729 abdicatis, ad Batavos profugit, atque inibi post moram aliquot mensium in vico Alsmeer, ubi pastorem egit; mense martio anni 1747 migravit Ultrajectum, ubi rectorem et concionatorem egit in paroecia divae Gertrudis, quae vulgo *Den Hoek* audit, estque veluti quaedam Begginarum curia. Post infirmitatis causa recepit se in gymnasium Amersfurtense, ubi decessit idibus aprilis 1749, conditus in templo beati Georgii. Vixit annos 63, menses 4, dies 9.

XXIX. Natalis Du Bois, ex My in agro Durbutensi, sacrae theologiae licentiatus et postea doctor, discedenti Poringo subrogatur circa 18 augusti 1729. Regimine cedit anno sequenti 21 novembris, vocatus ad praefecturam collegii Atrebatensis. Vide sacrae theologiae doctores et praesides collegii Atrebatensis.

Succedit ei continuo (alibi lego : 18 *novembris* 1730)

XXX. Guibertus Colins, Hannutensis, ante collegii Pelsiani moderator. Regimine ultro se abdicat 24 januarii 1742, privatas aedes inhabitaturus, quas non semel mutavit; demum vita defungitur Lovanii mense februario 1736, conditus ad divum Petrum, ante aram sancti Ivonis.

Digitized by Google

XXXI. 1732, 11 *januarii*, installatus est Joannes Baptista Schoeps, Lovaniensis, natus 11 novembris 1675, filius Joannis Baptistae. Literas humaniores in gymnasio sanctissimae Trinitatis edoctus, anno 1695 in artibus e paedagogio Porci, alumnus Standonicae domus, 13us renuntiatus fuit. Hinc, agente eruditissimo domino Pauwels, ejus in plebania sancti Petri antecessore, in collegio pontificio sacrae theologiae discipulus constituitur, eique de bursa pro septennio providetur. Cursu theologico absoluto, via nominationis pastoratum de Hofstade prope Alostum obtinuit; eoque nixus ut titulo ordinationis, mense martio anni 1703 sacerdotio initiatur. Deerat tum Thenensibus plebanus, et illustrissimus Humbertus a Praecipiano, archiepiscopus Mechliniensis, aptum aliquem producendi onus eruditissimo domino Pauwels imposuerat. Itaque, quantumvis reniti cuperet, tanquam ad mandatum patris, absolutis primum intra unam septimanam quatuor pro licentiae gradu disputationibus (cujus gradum ipsum postea obtinuit 24 novembris 1716) ad dura rudimenta curae pastoralis proficiscitur, eaque summa cum dexteritate non paucis mensibus adimplevit. Amplexus tamen eodem anno sponsam suam propriam parochiam de Hofstade, maxime ejus cura et zelo indigentem, ibidem decem annorum spatio, horrendis belli temporibus, in penitus neglecta plebe maximas exantlavit labores. Inde anno 1713, erepto Lovaniensibus 22 aprilis plebano Nicolao Pauwels, consules illum, minime oneris illud ambientem, in plebanum selegerunt; introductusque fuit eadem die in plebaniam simul et praesidentiam collegii Divaei vacantem per discessum domini Damen, sed in hanc prorsus invitus. Itaque tertio post anno praesidentiam dimisit, et uni se plebaniae totum impendit, donec anno 1732 collegii hujus Houterlaei regimen suscepit; quo dein ante 18 martii 1737 se abdicavit. Canonicatum secundae fundationis in divi Petri obtinuit. Per tridecennium, quo plebanus fuit, et ea qualitate plurimorum collegiorum provisor, triginta prope tum praesides tum regentes constituit. Fuit et magni concionatoris Nicolai Pauwels successor et aemulator et, quod rarum admodum, palam e cathedra enun-

Digitized by Google

ciavit sese aliquando fuisse jansenistam, palamque errores suos revocavit. Decessit Lovanii, postquam languorem ab annis contraxisset, et inde apoplexiae specie bis correptus fuisset, 8 maji 1742, aetatis anno 66°, sacerdotii et curae pastoralis 40°, et plebaniae 29°. Ita sua dedit pauperibus, ut gratis, cum pompa tamen, fuerit sepultus.

XXXII. Joannes Van Rymenant, Lovaniensis, filius Michaëlis et Magdalenae Geybels, natus 22 decembris 1687, literas humaniores in gymnasio patrum Augustianorum Lovanii didicit. Anno 1705 in artibus e paedagogio Castri 26us; inde inter theologiae alumnos collegii Bajani adscribitur, et 17 januarii 1713 in sacra theologia licentiae laurea condecoratur, atque ad lectoratum in abbatia Vlierbacensi advocatur. Anno 1720 in paedagogio Falconis subregens electus, disciplinam exactiorem magno juventutis academicae bono observari annis 16 impense curavit. Hinc anno 1736 in praesidem collegii Hovii, quod vulgo Patrimonium Christi appellatur, assumptus; nec longo temporis tractu interjecto, saltem ante 18 martii 1737 ad collegii Houterlaei regimen accitus fuit, ac mox in collegiata divi Petri Lovanii canonicatum obtinuit primae fundationis, ac anno 1740 in decanum ejusdem capituli unanimo suffragio assumitur. In hoc gradu constitutus, tale virtutem suarum specimen dedit, ut non dignitas viro, sed vir dignitati fuerit ornamento; totaque vitae ejus et conversationis ratio fuit ejusmodi, ut omnibus, quibus praepositus erat, aedificationi esset et bonorum operum exemplo. Vir in divinis officiis frequentandis diligentissimus, pacis et tranquillitatis amantissimus, morum gravitate, humilitate et erga pauperes liberalitate praeditus, omnique laude dignus, decessit 10 septembris 1743 et in coemeterio inhumari voluit.

XXXIII. Henricus Barré, Lovaniensis, huic collegio praeficitur circiter kal. novembris 1743, antea collegii Hoviani praeses et ad D. Petrum a die 17 decembris 1737 canonicus. Cetera docebit epitaphium illi positum in aede primaria, ad dextram in ambitu chori : D. O. M. | REVERENDUS DOMINUS |

Digitized by Google

D. HENRICUS BARRÉ | LOVANIENSIS | PRESBYTER INSIGNIS | ECCLESIAE COLLEGIATAE | SANCTI PETRI LOVANII | CANONICUS ET A SECRETIS | PROTONOTARIUS APOSTOLICUS | NECNON COLLEGII | HOUTERLAEI PRAESES | OBIIT 7 APRILIS 1748 | R. I. P.

Subrogatur illi circiter 17 aprilis 1748

XXXIV. Joannes Baptista Cocquette, Bruxellensis, sacrae theologiae baccalaureus formatus et sacrae Romanae Ecclesiae diaconus, anno 1748 factus ex philosophiae professore in paedagogio Lilii hujus collegii praeses; vir gallice latineque facundus et rerum gerendarum peritus. Obiit Lovanii epiphora ad pectus profluente oppressus 14 junii 1759, sub decimam vespertinam, aetatis anno 63°; qui et vivens et moriens huic collegio benefecit.

XXXV. Anno 1759, ex praeside collegii trilinguis factus est hujus collegii praeses Martinus Geldolphus Van der Buecken, Lovaniensis, sacrae theologiae licentiatus et ad divum Petrum plebanus. Hic, dum e trilingui ad hoc collegium migrando occupatur, ex hac vita commigrat 15 septembris 1759.

XXXVI. Illi sufficitur 27 septembris et introducitur 9 octobris 1759 Joannes Natalis Paquot, Florinensis, natus anno circiter 1722, et anno 1740 in artibus promotus e paedagogio Lilii 20us. Sacrae theologiae licentiatus 23 augusti 1751. Dein professor successive poëseos in gymnasio sanctissimae Trinitatis, et linguae hebraicae in collegio trilingui. Tandem historiographi regii titulo condecoratus, bibliothecae academicae praefectus, et hujus collegii praeses. Obiit Leodii 8 junii 1803, aetatis anno 83°.

XXXVII. Joannes Josephus Bettens, Bruxellensis, anno 1749 in artibus e paedagogio Falconis 34us post lineas promotus, sacrae theologiae baccalaureus formatus et a 29 julii 1754 juris utriusque licentiatus, viceplebanus divi Petri, a recessu domini Paquot anno 1772 hujus collegii Houterlaei regimen adiit, atque hinc 27 augusti 1774 transiit ad praesidentiam collegii Hovii.

Digitized by Google

XXXVIII. Anno 1774 factus est praeses JOSEPHUS GISLENUS RIGA, Bruxellensis, anno 1764 in artibus e paedagogio Lilii 55us. Hinc collegii majoris theologorum alumnus et juris utriusque licentiatus, literis pontificiis de mense augusti 1774 canonicatum in collegiata divi Jacobi Lovanii obtinuit, succedens Aegidio Le Clercq, defuncto 1 julii 1774; et 11 novembris ejusdem anni hujus collegii praeses eligitur.

Anno 1775, sub hoc praeside collegium pro maxima sua parte a fundamentis reaedificatum est.

XXXIX. Anno 1790 factus est praeses HENRICUS HERMANS, Lovaniensis, anno 1759 in artibus e paedagogio Falconis 34us, sacrae theologiae baccalaureus formatus, in divi Petri a mense decembri 1774 viceplebanus. Electus fuit collegii hujus praeses 21 februarii 1790. Obiit Lovanii 6 junii 1798, aetatis 60 annorum et 6 1/2 mensium.

Fundationes bursarum in collegio Houterlaeo.

Fundationi Henrici de Houterlé accesserunt deinde fundationes aliae, quorum sequentes ad nostram pervenerunt notitiam :

1. *Joannes Pollet*, Cortracensis, utriusque juris licentiatus, canonicus Insulensis ad sanctum Petrum et fidei inquisitor, moriens anno 1560 fundavit bursam unam 38 Carolinorum.

2. *Petrus Curtius*, episcopus Brugensis, sacrae theologiae doctor Lovaniensis, et olim ad divum Petrum decanus, 23 decembris 1568 superaddidit bursas duas, quamlibet 50 florenorum Rhenensium nummo 20°. Eas conferebat episcopus Brugensis. Praeferendi erant Curtii consanguinei, deinde chorales ecclesiae primariae Brugensis, qui debent ante medium in artibus esse promoti. Admissi gaudere possunt bursa annis octo.

3. *Joannes Sixius*, episcopus Audomarensis, qui obiit 11 octobris 1586, fundavit bursas duas, quibus gaudere

Digitized by Google

voluit : a) ejus consanguineos, b) pueros chorales cathedralis Audomarensis, c) natos Audomaropoli vel Lovanii. Ad eas idoneos praesentabat episcopus Audomarensis; quas conferebant provisores collegii. Anno 1783 redditus ascendebant ad 1216 florenos et 19 stuferos.

4. *Joannes Cobbelgiers*, collegii hujus praeses, 6 martii 1666 fundationi bursarum assignavit censum annuum 386 florenorum, ut inde erigerentur quatuor bursae, quarum duae erant 70 et duae 25 florenorum. Eis gaudere poterant : a) consanguinei pauperes fundatoris, b) pueri chorales collegiatae sancti Petri Lovaniensis, c) septem pueri sancti Petri, d) pauperes nati in urbe Lovaniensi.

« En 1785, le collège de Houterlé avait en capitaux 16,637 florins argent de change; la somme totale de ses revenus s'élevait à 1395 florins, non compris les revenus des fondations de bourses. » *Notice de Mgr de Ram dans l'Annuaire de l'Université catholique*, 1842.

État actuel des revenus des fondations annexées au collège de Houterlé (1).

Fondation administrée par la commission provinciale du Brabant.

Fondateur.	Revenus. Frs Ces
1. Cobbelgiers (Jean)	875 36

Fondations administrées par le bureau du séminaire de Malines.

Fondateurs.	Revenus. Frs Ces
1. Curtius (Pierre)	641 74
2. Houterlé (Henri de)	2909 30

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1876-1877.

Digitized by Google

3. Pollet (Jean) 117 15
4. Sixius (Jean) 214 56

Note complémentaire pour l'histoire du collège de Houterlé.

Après la suppression de l'Université en 1797, les bâtiments du collège de Houterlé ne furent pas aliénés par le prytanée de Saint-Cyr. En 1821, ils furent rendus à l'administration de la fondation boursière qui porte maintenant le nom de fondation de Houterlé. Depuis le commencement de ce siècle, ils ont été donnés en location à différents particuliers, et sont occupés actuellement par le curé-doyen de Saint-Pierre.

APPENDICE A L'HISTOIRE DU COLLÈGE DE HOUTERLÉ.

La maison des sept enfants de choeur de Saint-Pierre.

Voici quelques renseignements sur cette fondation charitable, dont il a été plusieurs fois fait mention dans les pages précédentes :

« Henricus de Houterlé anno 1496 instituit confraternitatem septem innocentium puerorum sancti Petri. Quorum donationem (dotationem?) in suo testamento auxit, addens eis quosdam redditus et assignans illis pro habitatione domum suam minorem. Juniores visitant scholam, maturiores paedagogium. » Ita Molanus.

Dominus et magister Henricus Houterlé, supra praecedentem illius fundationem, fundavit quoque aliud collegium septem juvenum pauperum scholarium, qui vulgo vocantur

Digitized by Google

septem pueri sancti Petri, constituto illis uno magistro scholae, relictis ad illorum sustentationem circiter ducentis florenis annuis, qui pueri etiam publice mendicare tenentur, quibus ex piis legatis aliorum quidam reditus accesserunt.

Hujus collegii idem quoque status est qui multorum aliorum propter jam saepius refricata hujus temporis incommoda.

Hujus collegii procurationem ac provisionem habent plebanus sancti Petri, Lovaniensis, rectores fraternitatis sancti Petri, cum decano et scholastico ejusdem ecclesiae.

(Extrait du rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en 1589).

« Ces jeunes gens occupaient une maison située dans la ruelle qui porte actuellement le nom d'*impasse des enfants de chœur*, ou *Kooraalenhoek*. Ils portaient la dénomination d'*enfants de Saint-Pierre,* ou *Sint-Peeters-Kinderen,* et recevaient leur éducation musicale sous la direction d'un professeur d'un mérite connu. » Van Even, *Louvain monumental,* p. 170. Si ces données sont exactes, il en résulterait que les sept enfants de chœur ont quitté, dans la suite, la maison affectée primitivement à cette institution par le fondateur lui-même, maison située à l'est du collège de Houterlé (*versus partem orientalem,* dit le testament, ci-dessus, p. 67), tandis que les édifices de l'impasse des choraux se trouvent au sud ou même au sud-ouest. Nous ferons remarquer, aussi, que le fondateur n'a pas eu pour but principal de son établissement l'enseignement de la musique et du chant, mais bien de faciliter aux jeunes gens qui rendaient service à l'église les moyens de faire des études d'humanités et de philosophie. *Juniores visitant scholam,* dit Molanus, *maturiores paedagogium.*

Digitized by Google

7. Collège d'Adrien VI dit du Pape.

Parmi les collèges de l'Université de Louvain destinés exclusivement aux étudiants en théologie, un des plus importants et des plus célèbres était le collège d'Adrien VI ou « du pape », *collegium pontificium*, *collegium Adriani VI pontificis*, ainsi appelé du nom de son fondateur, le souverain pontife Adrien VI, qui, avant son élévation au souverain pontificat, avait été successivement élève et professeur de l'*Alma Mater*.

Le collège était situé à l'emplacement qu'il occupe encore aujourd'hui. Son entrée principale donnait dans la partie de la rue *du maïeur*, transformée en place publique (place *de l'Université*) par la démolition des bâtiments qu'occupait autrefois la pédagogie du Porc vis-à-vis du collège du pape, du côté opposé de la rue.

Une notice sur le collège du pape, rédigée par M. Tielemans, bibliothécaire adjoint de l'Université, a paru dans l'*Annuaire de l'Université catholique de Louvain* pour 1879.

Collegium pontificium sive Adriani VI pontificis.

Nomen ipsum indicat collegii hujus parentem primumque fundatorem Adrianum Florentii, postea Adrianum VI, Romanum pontificem, qui, cum adhuc decanus esset collegiatae sancti Petri Lovaniensis, aedificare splendidas aedes, quas hodie visere est Lovanii, coepit, licet tantis sumptibus satis impar esset, cavillantibus ob id per risum nonnullis, quibus facultates ejus probe notae erant, fieri aliter non posse, ut,

Digitized by Google

quae inchoasset, absolveret, nisi paucula, quae haberet, divinitus velut miraculo augerentur; multis item id in ambitionem studiumque gloriae vertentibus. At ille, sive spe vires majores complexus, sive fisus non defuturos qui honestissimo conatui etiam ipsi, progressum fortuna denegante, aliquando manus adjicerent, praesertim ubi constaret, quid spectaret, neglectis, quae ab aemulis malignius jactarentur, alacriter in incoepto perrexit, et tandem feliciter ad exitum perduxit. Neque enim eas aedes tam suis usibus moliebatur quam instituendo collegio, ubi sacrarum literarum studiosi, liberalibus artibus jam probe instructi, quibus per angustiam rerum proferre literarum studia non liceret, theologiae vacarent. Fama fert, inquit Gerardus Moringus in *Vita Adriani*, unde ista fere descripsimus, Bernardum Carvajalem, Hispanum, cardinalem sanctae Crucis ac patriarcham Hierosolymitanum, cum legatus a latere ab Julio II, pontifice maximo, ad Germanos missus, Lovanii in aedibus Adriani aliquando diversaretur, non satis demirari potuisse, quin imo vehementer sui pertaesum, quod homo infimae prae se fortunae opus adeo magnificum aggredi ausus esset, et conatum ita pium ad effectum perducere potuerit, quae ipse cardinalis, vir tanti fastigii, necessitatibus aliis interclusus, ne inchoare quidem potuisset, cum id jam olim meditatus esset. Ex hac itaque domo erigi et fundari voluit collegium ultimae suae voluntatis tabulis, quas die ante obitum decimo coram secretario suo domestico Theodorico Hezio, protonotario apostolico, condidit; quas et hoc loco, qua collegium spectant, lubet repraesentare : « In nomine sanctae et individuae Trinitatis. » ... Quod anno a Nativitate domini nostri Jesu Christi 1523, » indictione undecima, die vero martis, octava septembris, » pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri » Adriani divina Providentia papae VI anno secundo, idem » sanctissimus dominus noster Adrianus papa, corpore qui» dem aegrotus, mentis tamen et rationis compos, coram me » secretario suo domestico ac notario publico, testibusque » infrascriptis, ad haec specialiter vocatis et rogatis, volens » inter alia, de quibus occasione adversae suae valetudinis

Digitized by Google

» disponendum censuit, de rebus et bonis suis tam mobili-
» bus quam immobilibus, quae in partibus Inferioris Germa-
» niae, praesertim in ducatu Brabantiae ac locis circumvici-
» nis, necnon civitate et dioecesi Trajectensi, ante suum ad
» summi apostolatus apicem adsumptionem quomodolibet
» habebat, specialius disponere, ac temporalia aeternis et
» terrena coelestibus felici commercio commutare, sponte
» et ex certa sua scientia maturaque deliberatione, pro sa-
» lute animae suae ac ob zelum et devotionem, quos erga
» literarum studiosos et praesertim sacrae theologiae operam
» dantes, semper gessit, omnibus melioribus modo, via, jure,
» causa et forma, quibus melius, tutius et efficacius de jure
» potuit et debuit, voluit, disposuit et ordinavit, quod quae-
» dam domus ad eumdem sanctissimum dominum nostrum
» Adrianum papam spectans et pertinens, sita in oppido
» Lovaniensi, dioecesis Leodiensis, in platea vulgo *de Meyer-*
» *strate* nuncupata, prope domum quondam Ludovici Pyn-
» nock, villici, dum viveret, ejusdem oppidi. et alia veriora
» ejus confinia, quam ipse sanctissimus dominus noster
» Adrianus papa VI a se aedificatam, dum in minoribus
» esset, inhabitare consuevit, cum omnibus et singulis suis
» utensilibus, libris et aliis bonis mobilibus, tunc in eadem
» domo existentibus, ac omni haereditate seu fundo, tam
» ipsi domui proxime adhaerente, quam ea, quae circa pla-
» team *Cattorum* communiter nuncupatam sita est, cumque
» pomeriis, hortis, transitu, domibus, aedificiis, ceterisque
» commoditatibus, erigi debeat et erigatur in unum perpe-
» tuum collegium pro studentibus in facultate sacrae theolo-
» giae; et quod eidem collegio, postquam sic erectum et
» fundatum fuerit, aliquis ex ejusdem theologicae facultatis
» doctoribus, licentiatis aut baccalaureis formatis, in regen-
» tem praefici, ac alii bursarii in eadem facultate studentes
» ad dictae domus et erigendi collegii inhabitationem, hujus-
» modi suum studium in ipsa facultate theologica continua-
» turi, adsumi debeant..... Acta fuerunt haec Romae, in
» palatio apostolico..... praesentibus ibidem reverendis
» dominis magistro Nicolao de Porta, decano Eindhoviensi,

Digitized by Google

» et domino Petro Van den Male, canonico ecclesiae beati » Petri dicti oppidi Lovaniensis, testibus ad praemissa » vocatis specialiter atque rogatis. » Facultatem vero et auctoritatem exprimendi ac determinandi numerum assumendorum et loca, ex quibus illi ortum habuisse, universitatesque, in quibus promoti esse debeant, necnon condendi et edendi constitutiones, ordinationes et statuta, et generaliter omnia alia, quae in praemissis et circa ea statuenda et ordinanda forent, statuendi et ordinandi, idem Adrianus pontifex commisit fidei, discretioni et judicio reverendissimi in Christo patris, domini Guilielmi ab Enckevoirt, electi Dertusensis, datarii sui. Approbavit ac confirmavit hanc ultimam Adriani pontificis voluntatem ejus in pontificatu successor Clemens VII, directo brevi ad dictum Guilielmum, tituli sanctorum Joannis et Pauli presbyterum cardinalem, onereque executionis demandato ac commisso eidem cardinali, itemque abbati monasterii beatae Mariae Parcensis, praeposito ecclesiae beatae Marie Trajectensis, et decano ecclesiae sancti Petri oppidi Lovaniensis, per dictum cardinalem ab Enckevoirt assumendis vel substituendis. Ita fere Valerius Andreas, *Fasti*, 2ª ed., p. 303.

« Illi substituendi per cardinalem de Enckevoirt statuerunt bursarium quemlibet pro suo victu ultra intertentionem domus ac utensilium pro cubiculo praesidentis et communi usu bursariorum debere a collegio recipere 30 Rhenenses communes cum 12 halsteriis siliginis, et omnes simul pro lignis, bove et cultura horti 56 Rhenenses. Praesidenti vero pro suo victu adsignarunt idem quod ceteris bursariis, et praeterea pro suis laboribus quotannis 30 Rhenenses, quodque haberet proprium servitorem, qui simul communi mensae bursariorum serviret; pro cujus victu praesidens quotannis ex suo stipendio solveret 18 Rhenenses. Ita refert Michaël Baius in charta manu sua scripta 18 julii 1587; qui et ibidem memorat bona ab Adriano relicta : 1) domum ipsam collegii cum sua supellectile; 2) alteram via *felina* sive *Cattorum*, quam executores vendiderunt dominae de Servia (de

Digitized by Google

Chièvres); 3) decem jugera pratorum in paroecia Dunck (1) prope Diestam; 4) reditum quemdam super abbatia sancti Michaëlis Antverpiae. Haec, admodum tenuia, praesidum oeconomia ac benefactorum liberalitate postmodum aucta plurimum crevere. » Ita Paquot.

Hoc collegium a felicis recordationis Adriano sexto, papa, olim decano collegiatae ecclesiae sancti Petri Lovaniensis, fundatum sub annum 1523; ad quod reliquit domum suam, quam amplam et splendidam in oppido Lovaniensi habebat. cui adjunxit bona sua, quae Lovanii et in locis vicinis habebat, erectione et dispositione ejusdem collegii relicta suis testamenti executoribus, inter quos fuit cardinalis d'Enckevoert. Qui hoc primum constituerunt, ut in hoc collegio alerentur tot bursarii, quot bona illi relicta ferre possent, constitutis singulis bursariis triginta florenis et duodecim halstariis siliginis annuis ultra usum domus et supellectilis ejusdem, necnon quinquaginta sex florenos pro bove, lignis et cultura horti, in communi pro omnibus, constituto in eo praesidente, vel doctore, vel licentiato, vel baccalaureo formato in sacra theologia, cui tantumdem attribuerunt, quantum singulis bursariis, et ultra hoc pro suis laboribus triginta florenos annuos, ex quibus debet famulum suum alere.

Numerus bursariorum ab initio angustior fuit, constitutis tantum quatuor, in successu temporis interdum etiam octo.

Cui primae fundationi ex aliorum piis dispositionibus et incorporationibus apostolicis successive accesserunt adhuc decem aliae bursae, non tamen eodem omnes valore, pro quo aequali constituendo ex communibus proventibus collegii suppletur, quod tenuioribus fundationibus deest, quum id annui proventus patiuntur.

Hujus collegii provisores et visitatores sunt senior doctor seu professor dictae facultatis, et plebanus collegiatae ecclesiae sancti Petri Lovaniensis, qui etiam dictae facultatis est

(1) Dunck ou Donck, paroisse située dans la province actuelle du Limbourg, non loin de Diest.

Digitized by Google

doctor. Hi nunc in praesenti sunt magister noster Cornelius Reneri, Goudanus, post praefatum *(sic)* dominum Michaëlem [de Bay] senior, et dominus Embertus Everardi. Hujus collegii modernus praesidens est dominus et magister Michaël du Bay, sacrae theologiae senior professor. In anno 1578 erant in dicto collegio residentes octodecim bursarii, quorum aliqui coeperunt propter superveniens bellum et praesidium militare recedere, et longe plures recessuri erant, ex eo quod dicti collegii receptor solutionem bursariis denegare inciperet ex superveniente difficultate consequendae solutionis redituum, qui dicto collegio debentur, et ex eo quod praetendebat se plus praeerogasse quam recepisse; id quod ex rationibus per viduam dicti receptoris postea redditis deprehensum est verum esse, eumque circiter trecentos quadraginta florenos amplius exposuisse quam recepisse.

Ad quem ulteriorem bursariorum recessum impediendum praefatus magister noster du Bay passus est se per dicti collegii provisores et visitatores induci, ut de suo necessaria ad intertentionem collegii et remanentium bursariorum praeerogaret, suo tempore ex reliquis et pensionibus redituum dicti collegii recepturus. Hac via et ratione in dicto collegio usque ad festum nativitatis sancti Joannis anni 1581 retenti sunt in dicto collegio quatuordecim bursarii. Eo quo tempore, quum dicto domino praesidenti deficeret potestas ulterioris praeerogationis, nec aliqua spes affulgeret vel consequendae solutionis vel mutationis rerum in melius, coactus est et hos reliquos dimittere, duobus dumtaxat baccalaureis retentis, altero quidem Hyberno (1) (qui quo se conferret non habebat) ad plena alimenta, altero vero ad aliquod subsidium, idque usque ad octobrem anni 1585, quo, his recedentibus, per dictum praesidentem assumptus est alius baccalaureus sub emolumento unius bursae, cui quod deest dictus praesidens supplet; praeter quem alius quoque bac-

(1) C'était Pierre Lombard, de Waterford en Irlande, qui fut proclamé docteur en théologie le 30 août 1594, et devint plus tard archevêque d'Armagh et primat d'Irlande. Il mourut à Rome en 1624.

Digitized by Google

calaureus est in collegio, sed qui majorem partem suarum expensarum solvit; ita quod praedicto tempore et nunc in praesenti dictus praesidens suo sumptu in collegio familiam alat, nihil ex collegii bonis recepturus quam quod ratione bursae et supratacti stipendii illi competit.

Ex sic administrata dicti collegii praesidentia in rationibus redditis in festo sancti Joannis novissime praeterito deprehensum est dictum dominum magistrum nostrum du Bay de suo praerogasse bis mille trecentos septemdecim florenos et aliquot stuferos, qui ex reditibus collegii ei sunt restituendi. Et qui novissimus dicti collegii fuit receptor, rationibus per eum superiore mense septembri redditis, deprehensus est ultra accepta exposuisse summam trecentorum triginta octo florenorum.

Habet hoc collegium duas villas seu colonias, alteram in Berthem, alteram in Kerckom, quae, profugientibus colonis, toto hoc turbido tempore desertae et incultae jacuerunt, ut inde nihil percipi potuerit, ut nec potuit ex aliis quibuscumque dicti collegii fundis.

Ad quarum reparationem et reductionem ad culturam dictus dominus praesidens intendere coepit, comparatis utrique colono equis et vaccis, subministrata etiam pecunia ad dictam culturam, sed adhuc sine fructu, equis morientibus et dictis colonis per contributiones et militares discursus graviter oneratis.

Dicti collegii aedificia ex perseverantia dicti domini praesidis in illo et magna illius diligentia in bono statu et integritate servata sunt, quamvis in militari praesidio gravissima hospitatione non tantum gregariorum et vulgarium (quibus etiam et eorum uxoribus seu concubinis pro maxima parte omnia necessaria subministrare debuit) verum etiam primorum capitaneorum.

Ex his facile intelligi potest dicti collegii praesens status, et perspici, quae sit spes illius aliquo modo ulterius restituendi; quae sane minor est ex eo, quod nulla sit vel erit recuperatio alicujus emolumenti ex villis et fundis dicti collegii pro praeterito tempore, et pro futuro, quid inde spe-

Digitized by Google

randum sit, incertum est in incerto adhuc rerum omnium statu, et militari adhuc perdurante discursu.

Et quoad reditus hactenus cessos stat communis difficultas exactionis praesertim a statibus, domaniis et universitatibus seu communitatibus (1); et quae inde percipi poterit solutio, destinata esse debeat ad solutionem seu restitutionem eorum, quae per praesidentem et receptorem praeerogata et exposita sunt.

(Extrait du rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en 1589).

Circa annum 1660, praeses Franciscus Van Vianen collegium pontificium novo aedificio adauxit et adornavit, quod extabat versus occidentem, et in quo erat refectorium cum porticu superius cubiculis alumnorum instructum.

Le 11 août 1775, vers cinq heures du matin, une partie de l'aile droite des bâtiments primitifs s'écroula inopinément. Un étudiant, Pierre Van Schel, de Bruxelles, sous-diacre et bachelier en théologie fut enseveli et trouva la mort sous les décombres. A la suite de cet accident, les proviseurs du collège résolurent de remplacer tous les anciens bâtiments par de nouvelles constructions. Monnoyer, architecte du gouvernement, fut chargé de dresser les plans, et Thomas-Lambert Ghenne, président du collège, posa la première pierre le 31 mai 1776.

Le nouvel édifice fut achevé au bout de deux années. Il existe encore et présente la forme d'un vaste rectangle à côtés inégaux bordant une cour intérieure ; il mesure environ 100 mètres sur 70. La façade principale, dans laquelle la porte d'entrée occupe la partie centrale, est décorée de pilastres composites aux environs de cette porte, et de pilastres ioniques aux deux pignons placés aux extrémités. Une planche lithographiée représentant cette façade a été

(1) Les différentes administrations et corporations qui avaient des rentes à leur charge.

Digitized by Google

publiée : 1° par les soins de Mgr de Ram dans l'*Annuaire de l'Université catholique* pour 1838, et 2° par M. Van Even, dans son *Louvain monumental*.

En 1783, il y avait place pour 112 étudiants.

Ce fut dans les nouveaux bâtiments du collège du pape que l'empereur Joseph II établit, en 1786, le trop fameux séminaire général.

Praesides collegii pontificii.

I. Anno 1524, ab executoribus testamenti Adriani VI constitutus est primus praeses Godescalcus Rosemondus, vulgo *Rosemondt*, Brabantus Eyndhovius; anno 1502 in artibus e paedagogio Falconis tertius, primum philosophiam docuit in Falcone; dein sacrae theologiae professor ordinarius et secundae fundationis in divi Petri canonicus; anno 1516 sacrae theologiae doctor renuntiatus. Obiit 5 septembris 1526, cum praefuisset collegio pontificio annos duos et mensem unum. Vide sacrae theologiae doctores.

II. 1527, 1 *januarii*. Tilmannus Clerici vel Clercx, alias *Ghybens*, Geldropius seu a Geldorp, quod territorii Sylvaeducensis pagus est. Anno 1516 inter artium magistros 196 e paedagogio Falconis tertius renuntiatus; dein in hoc suo paedagogio philosophiae professor; inde a 1 januarii 1527 collegii hujus pontificii praeses; tum et eodem hoc anno 1527, 4 junii, licentiae lauream in sacra theologia obtinuit; et anno 1544, mense augusto, postulatus a facultate medica Academiae rector electus fuit. Obiit 3 octobris 1550, praesidentiae anno 24°.

« E vivis abiit anno 1550, quinto nonas octobris, conditus in choro ecclesiae parochialis sancti Michaëlis. In ejus funere latinam orationem habuit Adamus Sasboldus, Minorita, primum seorsim excusam, deinde inter hujus opera relatam. » Ita Paquot.

Digitized by Google

III. 1550, 23 *octobris*. Michaël de Bay, Melinensis Episcopi ex agro Athensi, sacrae theologiae doctor renuntiatus 15 julii 1550. Factus est ex praeside majoris collegii theologorum collegii hujus Adriani VI pontificis praeses 23 octobris 1550. Obiit Lovanii 16 septembris 1589, aetatis anno 76°, praesidentiae hujus collegii 39° fere completo, sepultus in sacello ejusdem collegii, prout voluit, cum epitaphio. Vide sacrae theologiae doctores.

« In charta scripta 18 julii 1587 et jam supra allegata *(sic)* collegii statum ita depingit ipse Michaël Baius : « Usque ad natalem Joannis anni 1577 in collegio fere semper fuerunt circiter 18 aut 19 bursarii; sed cum nihil amplius ex proventibus collegii reciperetur, permisi paulatim diffluere bursarios.Cum nullus esset finis malorum tunc (anno 1580) dimisi omnes bursarios, excepto magistro Petro Lombardo, Hyberno, qui neque habebat unde viveret, neque videbat quo iret, et quem mihi in collegio necessarium judicabam. Suscepta igitur tota familia alenda meis sumptibus, alui adhuc dictum magistrum Petrum..... usque ad 20 novembris anni 1586..... In praesenti nullum habeo bursarium in collegio praeter me ex causa notoria, aloque familiam propriis sumptibus sub antiquo salario, intertineoque collegium, villas et alia collegii bona fere meis sumptibus, quod vel hinc colligere licet, quod jam a festo Joannis Baptistae 1587 non traxerim unum stuferum et exposui plusquam 55 Rhenenses pro victu familiae. » Haec optime quadrant cum iis quae narrantur supra p. 92. » Ita Paquot.

IV. 1589, 23 *septembris*. Jacobus Janssonius, alias *Janson* vel *Janssoon*, Amstelodamensis; sacrae theologiae professor et anno 1584 doctor. Factus ex praeside collegii ad Leydam hujus collegii praeses 23 septembris 1589. Obiit 30 julii 1625, aetatis anno 78°, decanatus divi Petri 11°, professionis theologicae 45°, praesidentiae collegii hujus 36° anno. Sepultus in sacello collegii ad latus sinistrum Michaëlis Baji, sui praedecessoris, cum epitaphio. Vide sacrae theologiae doctores.

V. 1625, 19 *augusti*. Guilielmus Mercerus, vulgo *Merchier*,

Digitized by Google

Athensis; anno 1605 sacrae theologiae doctor creatus. Ex praeside collegii minoris theologorum collegii hujus Adriani VI praeses 19 augusti 1625. Obiit 6 augusti 1639, aetatis 68° anno, praesidentiae 14° fere completo; sepultus ad divum Petrum in choro, sub lapide sepulcrali sui in decanatu quondam praedecessoris Jacobi Baji. Vide sacrae theologiae doctores.

VI. 1639, 7 *novembris*. Joannes Schinckelius, vulgo *Schinck*, Lovaniensis, anno 1612, 25 septembris, sacrae theologiae doctor creatus, ac dein professor. Constitutus est anno 1639, mense novembri, ex praeside collegii Atrebatensis hujus Adriani VI pontificis praeses. Obiit 12 martii 1646, aetatis anno 65°, praesidentiae hujus collegii septimo; conditus apud Praedicatores in choro templi. Vide sacrae theologiae doctores.

« J. Schinckelius, Lovaniensis, certis legibus electus, quas acceptavit 7 novembris 1639. » Ita Paquot.

VII. 1646, *mense aprili*. Guilielmus ab Angelis, vulgo *Van Engelen*, Sylvaeducensis, anno 1616 sacrae theologiae doctor creatus, a praesidentia collegii Viglii ad hanc Adriani VI pontificis collegii praesidentiam transiit mense aprili 1646. Nominatus a Leopoldo Guilielmo, archiduce ac gubernatore Belgii, auctoritate regia ad episcopatum Ruraemundensem anno 1648, praesidentiam voluntarie resignavit 19 januarii 1649. Sed, dum confirmationis apostolicae diploma expectat, obiit in hoc collegio 3 februarii 1649, hora 8ª matutina. Sepultus ad divum Petrum, ubi erat primae fundationis canonicus. Erat doctor regens et sacrae theologiae scholasticae professor regius; fundavit missam quotidianam in sacello beatae Mariae Virginis sito in de *Vleminckxstraet*. Vide sacrae theologiae doctores.

VIII. 1649, *mense januario*. Sebastianus Stockmans, Antverpiensis; anno 1636 in artibus e paedagogio Falconis tertius; dein in paedagogio Lilii philosophiae professor, et anno 1644 sacrae theologiae professor ordinarius et secundae fundationis in divi Petri Lovanii canonicus; 25 septembris 1646

Digitized by Google

sacrae theologiae doctor creatus. Post dimissionem Guilielmi ab Angelis collegii hujus praeses constitutus; et anno 1650, mense augusto, Academiae rector electus, primo suae dignitatis trimestri vix elapso, fato praematuro et fere subitaneo abripitur 19 decembris 1650, vix annum 33um aetatis praetergressus. Vide sacrae theologiae doctores.

IX. 1650, 19 *decembris*. Franciscus Van Vianen, Bruxellensis, anno 1633 in artibus e paedagogio Castri quartus, 22 septembris 1648 sacrae theologiae doctor creatus. Bruxellis in parochia sancti Nicolai directioni animarum operam navans, Lovanium revocatur et in locum Sebastiani Stockmans collegio huic praeficitur. Hanc praesidentiam anno 1677 dimisit. Dein in hoc collegio habitationem elegit, ac in eodem obiit 5 septembris 1693, aetatis anno 78o, sepultus in sacello collegii, cujus munificus extitit benefactor, cujusque praesidentiam per 27 annos gesserat. Interea collegium hoc novo aedificio adauxit et adornavit, quod existebat versus occidentem, in quo erat refectorium cum porticu superius cubiculis alumnorum instructum. Eidem multum debet gymnasium sanctissimae Trinitatis, quod, eo vivente, erectum fuit anno 1657, et in eodem bursas fundavit; fundavit quoque binam lectionem in hoc pontificio collegio. Vide sacrae theologiae doctores.

« Van Vianen in praesidem eligitur die 19 decembris 1650 ». Ita Paquot.

X. 1677. Gummarus Huygens, Lyranus, anno 1648 in artibus e Falcone secundus; dein in eodem paedagogio philosophiae professor; anno 1668 sacrae theologiae doctor renuntiatus, constitutus est, post dimissionem Francisci Van Vianen anno 1677 factam, collegii hujus praeses. Obiit Lovanii 27 octobris 1702, aetatis anno 72o; sepultus in sacello collegii ante aram cum epitaphio. Vide sacrae theologiae doctores.

XI. 1702. Carolus Gislenus Daelman, Montensis, anno 1691 in artibus e Castro septimus; 23 augusti 1701 sacrae theologiae doctor creatus. Ex collegio minori, cui brevi tempore praefuerat uti vicepraeses seu coadjutor praesidis Joannis

Digitized by Google

Lovini defuncti 21 januarii 1703, venit anno 1702 ad hujus Adriani VI pontificis collegii praesidentiam. Apoplexia correptus obiit Lovanii 21 decembris 1731, aetatis anno 61°; sepultus ad divum Petrum in sacello sancti Caroli Borromaei cum epitaphio. Vide sacrae theologiae doctores.

XII. 1732, 28 *decembris*. Joannes Josephus Guyaux, ex Wanfercée, natus 29 februarii 1684, et 21 octobris 1727 sacrae theologiae doctor creatus. Ex praesidentia collegii Sabaudici ad hanc, post obitum eximii Daelmanni, translatus est. Obiit in hoc collegio 8 januarii 1774, aetatis 90 ferme annorum; sepultus ad divum Petrum in coemeterio, prout voluit. Bona sua post legata distributa reliquit collegio huic Adriani VI in bursas theologis ejusdem collegii distribuenda. Vide sacrae theologiae doctores.

XIII. 1774, 9 *januarii*. Thomas Lambertus Ghenne, Lovaniensis, anno 1753 in artibus et Falcone secundus, 21 octobris 1766 sacrae theologiae doctor creatus. Ex praeside collegii Atrebatensis, cui a 9 septembris 1773 praefuerat, collegii hujus Adriani VI praeses eligitur 9 januarii 1774 Obiit 19 julii 1813. Vide sacrae theologiae doctores.

Lectores collegii Adriani sexti pontificis.

Franciscus Van Vianen, praeses hujus collegii ab anno 1650 ad 1667, adhuc vivens fundavit duas bursas addictas duabus cathedris theologicis in hoc collegio.

1. *Carolus Ricquaert*, Bruxellis natus anno 1640, quartus philosophorum e paedagogio Porci anno 1660, mox alumnus collegii pontificii, cui subinde lectoris titulo a Vianaeo praeficitur. Hinc sacrae theologiae licentiatus anno 1669, Bruxellas anno 1671 migravit electus isthic ad sanctum Gaugericum pastor; quo munere laudabiliter ac diligenter functus annos 31 et quod excurrit, pie, uti vixerat, e vivis excessit xvi kal. decembris 1702, ad munus ordinarii tam sacris ordinibus initiandorum quam fidelium confessionibus admo-

Digitized by Google

vendorum examinatoris evectus ab archiepiscopis Alphonso de Berghes et Humberto a Praecipiano.

2. *Bartholomaeus Pasmans*, Mosaetrajectensis, natus circa annum 1640. Anno 1673 lector hujus collegii; 13 novembris 1681 praeses collegii Atrebatensis, et 16 octobris 1684 sacrae theologiae doctor renuntiatus. Obiit 25 augusti 1690. Vide sacrae theologiae doctores.

3. *Petrus Govarts*, Turnholtanus, natus 8 decembris 1644; anno 1674 praeses collegii Malderiani, et juris utriusque doctor renuntiatus 22 octobris 1675. Obiit vicarius apostolicus Sylvaeducensis 17 septembris 1726. Vide J. U. doctores.

4. *Leonardus Ignatius Theys*, vel *Thisius*, Mosaetrajectensis, post theologiam in hoc collegio decursam juvenibus informandis ac erudiendis adhibitus est; postea redux in patriam, solitariam ibi vitam egit ad annum usque 1732, cum 85 annos natus ob negatam subscriptionem constitutioni *Unigenitus* migrare inde debuit. Contulit se ad gymnasium Amersfortense, quod archiepiscopale seminarium appellant, ubi moritur 25 augusti 1738, ingressus annum aetatis 92um.

5. *Philippus Josephus Hocqueux*, Montensis, antea sacrae theologiae lector in domo Coelestinorum Heverleensi, abbatia Fliederbacensi et Rolducensi, atque olim (14 novembris 1673) tertius inter artium magistros salutatus, alumnus tum paedagogii Falconis. Fuit ad sacrae theologiae licentiam promotus cum Opstratio. Sweertius ait eum tantum docuisse in abbatia Rodensi et Vlierbacensi (non addit Coelestinorum) et vocatum e Vlierbacensi a Van Vianen, ut esset lector in collegio pontificio, ubi explicans primam partem sancti Thomae faciebat sabbatinas theses, quibus praesidebat Van Vianen. Hic Hugenium juvit in thesibus illis grandioribus ad Geneseos librum, et aliquando apparavit se doctoris titulo Vianaei sumptibus assumendo; sed hectica quinquennii febri, dein haemophtisi seu frequentiori sanguinis sputatione oppressus Bruxellis obiit, quo ad mutationem aëris iverat, in aedibus

Digitized by Google

Joannis Liberti Vaes, senatoris (cujus uxor ei toto morbi tempore in illis aedibus per se et suos serviit) 9 januarii 1692, aetatis anno 38°.

6. *Josephus Hannecart,* ex Sivry prope Montes Hannoniae, anno 1690 in artibus e paedagogio Falconis primus renuntiatus. Mense augusto 1696 philosophiae professor in Falcone; juris utriusque licentiatus 7 martii 1707; canonicus ad sanctum Paulum Leodii; anno 1709 in concilio provinciali Hannoniae consiliarius ecclesiasticus. Obiit 21 septembris 1722.

7. *Joannes Opstraet,* Beringanus Eburo, anno 1671 in artibus e paedagogio Porci 10us. Professor in gymnasio sanctissimae Trinitatis : syntaxeos 5 octobris 1675,et poëseos 24 septembris 1677. Hujus collegii pontificii lector mense maio 1685. Postea regens Falconis. Obiit 29 novembris 1720.

8. *Joannes Josephus Guyaux,* ex Wanfercée, postea hujus collegii praeses, in hoc collegio theologiam docuit ab anno 1710 ad annum 1721.

9. *Petrus De Vos,* ex Waerschoot, anno 1712 in artibus e Falcone secundus. Theologiam docuit tum apud patres Oratorii Aspricollensis tum in hoc collegio pontificio. Dein canonicus Rothnacensis; tandem infeliciter lapsus in amentiam.

10. *Christianus Bombaye,* Rolducensis, natus 16 novembris 1688, theologiam docuit in collegio pontificio. Anno 1720 professor in collegio trilingui; 21 octobris 1732 juris utriusque doctor; et anno 1736 professor ad decretum Gratiani. Obiit Lovanii 12 martii 1747. Vide J. U. doctores.

11. *Aegidius Le Clercq,* ex Brania Comitis, Hanno, natus 7 junii 1696, anno 1715 in artibus sextus; dein hujus pontificii collegii alumnus. Anno circiter 1720 professor in seminario Antverpiensi, ubi biennio docuit. Anno 1722 lector in collegio pontificio; e quo migravit post 7 vel 8 menses, factus pastor in Haut-Ittre, juxta Nivellas, tunc in dioecesi

Digitized by Google

Cameracensi; postea rector virginum Forestanarum, sacrae theologiae (anno 1722) et juris utriusque (18 octobris 1728) licentiatus. Mense augusto 1731 Lovanii decanus collegiatae sancti Jacobi; demum 7 decembris ejusdem anni praeses seminarii seu collegii regii. Obiit Lovanii 1 julii 1774. Vide praesides collegii seu seminarii regii. Vide inter praesides collegii regii.

12. *Jacobus Antonius Garesta*, Athensis, anno 1727 in artibus e Falcone 10us, et sacrae theologiae licentiatus 15 februarii 1730. Regens gymnasii sanctissimae Trinitatis mense martio 1734, et 4 augusti 1749 praeses collegii Vigliani. Rectoratu semestriali auctus anno 1747. Obiit 16 martii 1750.

13. *Stephanus Dominicus de Laittres*, ex Brania Comitis, anno 1732 sacrae theologiae doctor renuntiatus. Praeses collegii minoris anno 1740, et Atrebatensis anno 1753. Obiit 8 septembris 1773. Vide sacrae theologiae doctores.

14. *Antonius De Vries*, Antverpiensis, anno 1747 in artibus e paedagogio Porci 18us. Post adeptum gradum licentiae in sacra theologia hujus collegii lector constituitur, aliquando etiam prioris vacantiarum munere functus. Deinde in seminario episcopali Antverpiensi sacrae theologiae professor, et in eadem urbe anno 1759, circa finem julii, canonicus graduatus, postea etiam poenitentiarius, archipresbyter, archidiaconus, examinator synodalis et librorum censor. Obiit 3 augusti 1804.

15. *Joannes Jouret*, ex Wodecq, anno 1747 in artibus e Castro secundus, 6 maji 1760 ad gradum licentiae in sacra theologia promotus.

16. *Joannes Franciscus de Broeyer*, ex Buysingen, anno 1775 in artibus e Falcone septimus, lectoris munere fungebatur anno 1784.

17. *Antonius Van Gils*, Tilburgensis, anno 1779 in artibus e paedagogio Porci primus, docebat theologiam in collegio pontificio saltem ab anno 1783 ad 1786; postea praeses

Digitized by Google

collegii Malderiani et professor in collegio trilingui. Obiit praeses majoris seminarii vicariatus Buscoducensis in Herlaar 10 junii 1834. Vide : 1° SCHUTJES, *Geschiedenis van het bisdom 's Hertogenbosch*, II, p. 189 ; 2° H. J. ALLARD, *Antonins Van Gils en de kerkelijke gebeurtenissen van zijn tijd.* 's Hertogenbosch, 1875 ; vol. in-8°.

18. *Franciscus van Cannaert*, dictus *de Hamale*, Antverpiensis, anno 1783 in artibus e paedagogio Porci 29us ; sacrae theologiae licentiatus, viceregens collegii regii, et postea lector in collegio Adriani VI, ubi docebat anno 1790.

Fondations boursières du collège du Pape.

Ces fondations étaient anciennement fort nombreuses. Nous trouvons, à leur sujet, des renseignements précieux dans les ouvrages de Molanus et de Valère André, ainsi que dans un compte manuscrit ou relevé de toutes les bourses fait au mois d'octobre 1784. Ce relevé, qui fait connaître d'une manière détaillée la situation de chacune de ces fondations à la fin du siècle dernier, est intitulé : *Tabelle relative à l'état du collège du Pape érigé l'an* 1524 *par les exécuteurs testamentaires d'Adrien VI : président le docteur T. L. Ghenne ; proviseurs le pléban de Saint-Pierre et le plus ancien docteur séculier en théologie, aujourd'hui, parce que le docteur Ghenne, président de ce collège, est le plus ancien, le second en ordre M. Wuyts ; liseurs J. F. De Broyer et A. Van Gils ; receveur M. Van Billoen ; proviseur M. Mortelmans. Le dernier compte fut rendu le* 29 *octobre* 1783. Le tableau est divisé en quinze colonnes : la première renferme le nom du fondateur, la 2e les revenus bruts réduits en argent (1), la 3e l'indication des capitaux placés en argent (2), la 4e le nombre des bon-

(1) C'est la somme totale de ces revenus bruts qui est indiquée dans le tableau annexé à la *Notice sur le collège du Pape* par M. A. Tielemans, dans l'*Annuaire de l'Université catholique* pour 1879, pp. 520-523.

(2) Ces sommes sont egalement indiquées dans le tableau que M. A. Tielemans a joint à sa *Notice*. Outre ces sommes placées en argent,

Digitized by Google

niers de terres, bois, etc. appartenant à chaque fondation, la 5e et la 6e les honoraires du proviseur et du receveur; la 7e les charges de la fondation, la 8e les revenus nets, toutes charges déduites, la 9e l'excédant ou le déficit des recettes à la clôture du compte précédent rendu le 29 octobre 1784, la 10e le montant de la bourse ou des bourses au moment de la fondation, 11e l'indication des personnes appelées à la jouissance de la bourse, la 12e les études voulues par le fondateur, la 13e les collateurs, la 14e les possesseurs actuels, la 15 et dernière les observations diverses.

Les documents que nous venons d'indiquer nous ont permis de dresser le tableau suivant des fondations boursières de l'ancien collège du pape. Nous avons utilisé, en outre, un rapport manuscrit sur ces mêmes fondations postérieur à l'année 1790, datant probablement des années 1791 ou 1792.

1. Les exécuteurs testamentaires du *pape Adrien VI* établirent autant de bourses que le permirent les revenus légués au collège par le généreux fondateur. « Cette fondation », dit la *Tabelle* de 1784, « qui n'avait peut-être dans » son origine que le revenu de dix arpents de terre, est » aujourd'hui très considérable; les réparations et restaura- » tions du collège sont à charge de cette fondation. » En 1784 les revenus nets s'élevaient à 4308 florins 6 sous et 2 liards. « Il n'y a pas de possesseurs actuels, » ajoute la *Tabelle,* « à cause du nouveau bâtiment, pour lequel on a » levé la somme de 52,900 florins de change, dont l'intérêt » annuel est de 1731 florins 10 sous. » Le rapport postérieur à l'année 1790 dit aussi au sujet de cette fondation : « Personne n'en jouit présentement, parce qu'elle est arriérée » à cause du nouveau bâtiment et des restaurations faites » depuis 1790. »

2. La fondation dite des *biens communs* a été faite « par

plusieurs des fondations du collège du Pape avaient aussi des propriétés immobilières, consistant en terres, fermes, bois, etc., renseignées dans 4e colonne de notre *Tabelle* manuscrite.

Digitized by Google

» différents fondateurs pour subvenir aux frais communs » des boursiers et servent aujourd'hui (vers 1790) pour des » suppléments des bourses ; » ainsi s'exprime le rapport postérieur à 1790. En 1784 les revenus nets étaient de 226 florins 15 sous 3 liards.

3. *Godescalc Rosemondt*, premier président du collège du Pape, fonda, en 1526, une bourse de 30 florins du Rhin au denier 18, en faveur des étudiants natifs d'Eindhoven ou de la Campine. Revenus nets en 1784 : 38 florins 4 sous.

4. *Guillaume Enckevoirt*, né à Mierlo dans le Brabant septentrional, cardinal dataire d'Adrien VI, qui le nomma, treize jours avant de mourir, à l'évêché de Tortose en Espagne, d'où il fut transféré plus tard au siège archiépiscopal d'Utrecht par Clément VII, successeur d'Adrien, obtint, en 1533, du pape l'incorporation au collège fondé par Adrien VI de l'église ou des *dîmes d'Assche*, bourg important du Brabant, situé entre Bruxelles et Alost. Il avait été autrefois curé de ce village. En 1784 les revenus s'élevaient à la somme de 93 florins 9 sous 2 liards.

5. Comme nous l'avons dit ci-dessus (XVII, p. 181), *Philippe de Spina* ou *Van Doren* obtint, en 1545, du pape Paul III et de l'empereur Charles-Quint, l'incorporation du personnat de Schyndel à la faculté de théologie. Le collège du Saint-Esprit obtint une partie des revenus du personnat ; l'autre fut affectée à la création, au collège du Pape, de quatre bourses de 50 florins chacune. Revenus nets en 1784 : 659 florins 9 sous 2 liards.

6. *Thierry Hezius*, né à Heeze près d'Eindhoven, secrétaire d'Adrien VI et chanoine de Saint-Lambert à Liège, mort dans cette ville le 15 mai 1555, fonda, en 1555, une bourse au collège du Pape. Revenus nets en 1784 : 19 florins 18 sous.

7. *Pierre Van den Male*, né à Louvain, d'abord chanoine de Saint-Pierre à Louvain, puis du Saint-Sauveur à Utrecht, fonda, en 1557, une bourse de 36 florins, et légua au collège

Digitized by Google

une propriété qu'il possédait à Berthem : *villam suam*, dit Valère André, *in pago Berthemensi*, et Paquot ajoute : *quam cum emeret, pecuniam tradidit pro* 36 *Rhenensibus annuis, quos postea uni bursae deputavit.* Le chanoine Van den Male était l'ami intime d'Adrien VI, qu'il suivit même à Rome ; il assista comme témoin au testament qu'Adrien fit quelques jours seulement avant son décès. Le chanoine Van den Male mourut le 19 octobre 1557. En 1784 les revenus nets de sa fondation étaient de 32 florins 11 sous.

8. *Tilman Clerici* ou *Clercx*, dit aussi *Ghybens*, deuxième président du collège du Pape, fonda, en 1548, une bourse dont le revenu était destiné à être distribué à des étudiants peu fortunés. Les revenus ne s'élevaient plus, en 1784, qu'à la somme de 19 florins 18 sous.

9. *Ruard Tapper*, docteur en théologie et professeur, outre des fondations faites au collège du Saint-Esprit, donna, en 1558, au collège du Pape une somme dont le revenu devait être consacré : d'abord à servir deux bourses, de 36 florins chacune, puis le restant être distribué en suppléments de bourses à payer à des étudiants pauvres. Revenus nets en 1784 : 478 florins 1 sou 1 liard.

10. *Liévin Leonardi* ou *Lenaerts*, de Middelbourg, docteur en médecine demeurant à Bruxelles, légua, en 1561, au collège du Pape un revenu annuel de 72 florins 12 sous pour la fondation de deux bourses. Revenus nets en 1784 : 37 florins 15 sous 2 liards.

11. *Pierre Uten*, de Rethy, licencié en théologie, curé de Notre-Dame à Anvers, *(pastor ecclesiae beatae Mariae Antverpiae)*, mort de la peste le 9 septembre 1571, avait été, au collège du Pape, le premier titulaire d'une des deux bourses fondées par Ruard Tapper. Il laissa au collège un revenu annuel de 51 florins pour la fondation d'une bourse. Les revenus nets de cette bourse étaient en 1784 de 83 florins 18 sous.

12. *François Sonnius*, évêque d'Anvers, donna au collège,

Digitized by Google

en 1571, un capital de 1371 florins 5 sous pour la fondation d'une bourse. Revenus nets en 1784 : 56 florins 2 sous 3 liards.

13. *Barbe Moorkens*, de Louvain, supérieure du béguinage de sa ville natale, légua, en 1578, trois arpents de terre pour constituer le capital nécessaire à la fondation d'une bourse au collège du Pape. Revenus nets en 1784 : 34 florins 10 sous 2 liards.

14. *Arnold De Beer*, d'Oosterwyck, doyen d'âge des chapelains de Saint-Pierre, à Louvain, et ancien serviteur du chanoine Pierre Van den Male, fonda, en 1579, une bourse de 76 florins. En 1784 les revenus nets s'élevaient à la somme de 116 florins 1 sou.

15. Vers la même époque un certain *Viger Causbant* fonda une bourse de 68 florins 15 sous, au denier 18. Revenus nets en 1784 : 44 florins 18 sous.

16-18. *Adrien Bonzer*, de Gouda, licencié en théologie et curé à Ypres, *Marie Hanssaert* et *Elisabeth Campenaer*, fondèrent, en 1593, des bourses au collège du Pape. Comme ces legs ne figurent pas sur la *Tabelle* de 1784, il est probable qu'elles ont fait partie de la fondation dite « des biens communs. »

19. *Jacques Laurent*, de Frasnes lez Gosselies, licencié en théologie et archidiacre de Flandre au diocèse de Tournai, légua, en 1594, un revenu annuel de 193 florins 10 sous pour la fondation de trois bourses, de 50 florins chacune. En 1784 les revenus étaient de 282 florins 19 sous 2 liards.

20. *Embertus Everaerts*, d'Arendonck, docteur en théologie, professeur et pléban de Saint-Pierre, qui mourut le 7 juin 1604, donna, en 1594, une rente de 76 florins 10 sous pour la fondation d'une bourse. Revenus nets en 1784 : 75 florins 2 sous 1 liard.

21. *Gérard Van den Hove*, dit aussi *Hortensis*, d'Amsterdam,

Digitized by Google

ancien élève du collège du Pape, légua, en 1595, un capital de 1800 florins pour la fondation d'une bourse. Revenus nets en 1784 : 146 florins 7 sous 3 liards.

22. *Corneille Baerens*, licencié ès-droits, et *Marguerite Reyniers*, son épouse, léguèrent au collège du Pape une rente annuelle de 228 florins 16 sous 1 liard pour la fondation de trois bourses. Marguerite mourut en l'année 1600, Corneille en 1606. En 1784 les revenus nets s'élevaient encore à la somme de 281 florins 7 sous.

23. *Corneille Reyneri*, de Gouda, docteur en théologie, professeur et doyen du chapitre de Saint-Pierre, mort le 16 décembre 1609, donna, en 1604, une rente de 65 florins pour la fondation d'une bourse. En 1784 les revenus nets étaient de 90 florins 10 sous 2 liards.

24. *Véronique Buyskens*, d'Amsterdam, légua, en 1607, une rente annuelle pour la fondation d'une bourse. Les revenus nets de cette fondation s'élevaient en 1784 à la somme de 96 florins 18 sous 1 liard.

25. *Gérard Cornu*, de Saint-Ghislain, bachelier ès-droits et receveur du collège du Pape, légua par testament à ce collège une rente de 68 florins 15 sous pour la fondation d'une bourse; il mourut en 1607. Revenus nets en 1784 : 60 florins 5 sous 1 liard.

26. *Conrad Ottonis Bormans*, d'Asperen, licencié en théologie et archidiacre de Bois-le-Duc (voyez ci-dessus, XVII, p. 189), légua une rente de cent florins pour la fondation d'une bourse au collège du Pape; il mourut le 15 février 1609. Revenus nets en 1784 : 94 florins 17 sous.

27. *Jean Valerius*, dit communément *Vael*, d'Audenarde, licencié ès-droits, d'abord official de Cambrai, puis pendant 50 ans chanoine de Saint-Pierre, à Utrecht, légua, en 1610, un capital de 3200 florins pour la fondation de trois bourses. En 1784 les revenus nets s'élevaient à 389 florins 11 sous.

28. *Wilger de Moerendael*, doyen du chapitre de Saint-

Digitized by Google

Pierre à Utrecht, légua, en 1611, un capital de 1040 florins pour la fondation d'une bourse. Revenus nets en 1784 : 67 florins 8 sous 1 liard.

29. *Bernard de Schoonhoven*, dite aussi *Joannites*, chevalier de l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem, prieur bailli d'Utrecht et commandeur de Werden, donna, en 1615, un capital de 3720 florins pour l'érection de trois bourses. En 1784 les revenus nets étaient de 226 florins 12 sous 3 liards.

30. La *fondation* dite *de Haerlem* fut faite en l'année 1616. Le fondateur,dont le nom est resté inconnu,donna un capital de 6000 florins pour la création de quatre bourses, avec la clause d'appliquer les excédants des revenus aux « biens communs. » Revenus nets en 1784 : 389 florins 11 sous.

31. *Pierre de Bleyenberghe*, de Gouda, doyen de Horst près d'Utrecht, mort en 1617, et *Antoinette De Winter*, supérieure du béguinage de la même ville, morte en 1626, donnèrent un capital de 5000 florins pour la fondation de quatre bourses. En 1784 les revenus nets s'élevaient à la somme de 552 florins 17 sous 1 liard.

32. *Charles de Froidmont*, membre du conseil du Hainaut à Mons, fonda, en 1617, trois bourses de 100 florins chacune. Revenus nets en 1784 : 314 florins 17 sous 1 liard.

33. *Jean Wils*, dit aussi *Sauvaige*, licencié en théologie, chanoine pénitencier à Ypres, légua, en 1618, un capital de 799 florins 10 sous pour la création de bourses. En 1784 les revenus nets étaient de 53 florins 3 sous 2 liards.

34. *Gisbert Van den Broeck* et sa sœur *Marguerite* fondèrent, en 1621, trois bourses, de 100 florins chacune. En 1784 les revenus nets de cette fondation s'élevaient à la somme de 313 florins 8 sous 1 liard.

35. En 1624, un certain *Barentius van Wieringen* fonda une bourse de 25 florins. Revenus nets en 1784 : 44 florins 13 sous 2 liards.

Digitized by Google

36. Au témoignage de Valère André, *Jacques Janssonius*, d'Amsterdam, docteur en théologie, professeur et président du collège du Pape, mort en 1625, créa une bourse à ce collège. Comme elle ne figure pas sur la *Tabelle* de 1784, il est probable qu'elle faisait partie de la fondation dite des « biens communs », de même que la suivante.

37. *Catherine Matthys*, servante du collège pendant 11 ans, morte le 26 avril 1626, fit également, au témoignage de Valère André, une fondation de bourse au collège du Pape.

38. *Laurent Van Maelcote*, de Louvain, doyen de la cathédrale de Tournai, légua, en 1626, une rente de 130 florins et un capital de 1040 florins pour la fondation de trois bourses. En 1784 les revenus nets étaient de 222 florins 8 sous.

39. *Antoine Willems*, de Deurne près de Bois-le-Duc, bachelier en théologie, d'abord professeur de philosophie à la pédagogie du Faucon, puis pendant 27 ans chanoine de la cathédrale d'Anvers, mort le 25 septembre 1631, donna, le 9 mai 1628, un capital de 1500 florins pour la fondation d'une bourse. Les revenus nets s'élevaient en 1784 à la somme de 117 florins 14 sous 1 liard.

40. *Jean Le Grand*, d'Ath, curé de Lessines, créa, le 31 août 1628, par donation entre vifs, deux bourses pour l'étude de la théologie au collège du Pape. Cette fondation ne figure pas sur la *Tabelle* de 1784.

41. *Jean Paludanus* ou *Van den Broeck*, de Malines, docteur en théologie, professeur et pléban de Saint-Pierre, mort le 20 février 1630, créa une bourse de 70 florins. Revenus nets en 1784 : 191 florins 17 sous 1 liard.

42. *Sibrand Sixti*, d'Oosterwierum en Frise, licencié en théologie, vicaire de Hollande (*vicarius Hollandiae*, comme dit Valère André) mort le 10 janvier 1631, créa une bourse qui n'est pas mentionnée sur la *Tabelle* de 1784 et, par conséquent, faisait probablement partie de la fondation dite des « biens communs. »

Digitized by Google

43. *Henri Joos* ou *Judoci*, de Baelen en Campine, licencié en théologie, d'abord..... à Sainte-Gertrude à Louvain, puis curé à Moll, mort le 14 septembre 1636, fonda, en 1632, deux bourses, de 109 florins chacune. Les revenus nets en 1784 étaient de 213 florins 14 sous.

44. *Robert de Fumal*, natif de Malines, et *Anne de Quesnoy*, de Bruxelles, veuve du jurisconsulte Thierry Baerens, fondèrent, en 1634, une bourse, qui n'est pas renseignée sur la *Tabelle* de 1784. Nous supposons donc que la fondation fut faite en faveur des « biens communs. »

45. *Guillaume Mercerus* ou *Merchier*, d'Ath, docteur en théologie, professeur, doyen de Saint-Pierre et président du collège du Pape, fonda, en 1635, quatre bourses de 100 florins chacune. Mais 27 ans après la mort du fondateur, les héritiers refusèrent de payer deux rentes : une de 250 et une autre de 100 florins. En 1784 les revenus nets s'élevaient à 62 florins 14 sous.

46. *Henri Wiggers*, de Diest, doyen de l'église collégiale de Saint-Sulpice en sa ville natale, légua, en 1636, une rente de 200 florins pour la création de deux bourses, de 100 florins chacune. En 1784 les revenus nets étaient de 294 florins 13 sous 1 liard.

47. *Antoine Loverius*, de Gheel, président du collège de Houterlé, mort le 29 mai 1628, donna, en 1637, un capital de 1780 florins environ pour la fondation d'une bourse. Revenus nets en 1784 : 92 florins 2 sous 3 liards.

48. *Théodore Janssens*, dit *Van Ranst*, de Vianen, fit, en 1638, une fondation pour venir en aide aux étudiants pauvres du collège du Pape. Les revenus nets étaient en 1784 de 120 florins 16 sous 3 liards.

49. *Elisabeth Van Schore*, de Louvain, fille de Louis Van Schore, docteur ès-droits, président du conseil d'état, mourut le 25 décembre 1639, et légua par testament une rente de 300 florins aux « biens communs » du collège du Pape.

Digitized by Google

50. *Jean Polman*, de Tubise, licencié en théologie et chanoine de la cathédrale de Cambrai, fonda, en 1646, deux bourses, de 100 florins chacune. Dix ans plus tard, c'est-à-dire en 1656, il ajouta encore à sa première fondation quatre nouvelles bourses, de 116 florins 9 sous et 3 liards chacune. En 1784 les revenus nets étaient de 597 florins 12 sous 3 liards.

51. En 1657 un nommé *Compère*, dit aussi *De Prêle*, fonda une bourse de 120 florins en faveur de ses parents, des étudiants natifs de Cordes ou de Thuillies. Revenus nets en 1784 : 134 florins 16 sous 3 liards.

52. *Libert Fromondus* ou *Froidmont*, de Haccour, docteur en théologie, professeur et doyen de Saint-Pierre, légua, en 1658, une rente de 240 florins au denier seize pour la fondation de deux bourses. Les revenus nets s'élevaient en 1784 à la somme de 176 florins 17 sous 1 liard.

53. *Gerlac ab Angelis* ou *Van Engelen*, de Bois-le-Duc, donna, le 13 juin 1663, un capital de 6000 florins pour la fondation de deux bourses, l'une pour l'étude de la philosophie à la pédagogie du Porc, l'autre pour l'étude de la théologie au collège du Pape. Les revenus de cette dernière étaient en 1784 de 265 florins 19 sous. Voyez Schutjes, *Geschiedenis van het bisdom 's Hertogenbosch*, II, p. 259.

54. *Melchior Van Hove*..... donna, en 1676, un capital de 2600 pour la fondation d'une bourse au collège du Pape. Revenus nets en 1784 : 150 florins 10 sous 2 liards.

55. ..... *Van der Gouw* fit, en 1680, une fondation pour des bourses de pleine table au collège du Pape. Les revenus nets étaient en 1784 de 720 florins 8 sous 1 liard.

56. *Philippe Van Beeringen* donna, en 1688, au collège du Pape un capital de 14000 florins pour la fondation de quatre bourses. Revenus nets en 1784 : 451 florins 7 sous 3 liards.

57. *François Van Vianen*, de Bruxelles, docteur en théologie, professeur et président du collège du Pape, fonda, en

Digitized by Google

SOCIÉTÉ ROYALE DE NUMISMATIQUE BIBLIOTHÈQUE

1692, une bourse pour l'étude de la théologie. En 1784 les revenus de cette fondation s'élevaient à la somme de 110 florins 18 sous 1 liard.

58. ..... *Pateret* donna, en 1692, le capital nécessaire pour la fondation de deux ou plusieurs bourses. Revenus nets en 1784 : 384 florins 17 sous 3 liards.

59. ..... *Vander Meeren* fonda, en 1694, une bourse, dont les revenus nets s'élevaient en 1784 à la somme de 137 florins 10 sous.

60. *Catherine Van Rossem,* donna, en 1698, un capital de 3500 florins pour la fondation d'une bourse. Revenus nets en 1784 : 142 florins 2 sous 3 liards.

(1) Non erat licentiatus; quod tamen asserit Valerius Andreas.

Digitized by Google

cus, collegio tamen praefuit usque ad annum 1599. Obiit 23 junii 1605; sepultus in cathedrali Brugensi prope altare sanctissimae Trinitatis, juxta fratrem suum Remigium, cum epitaphio, quod supra transcripsimus.

III. 1599. Hubertus (1) De Moor, Brugensis, anno 1596 in artibus e paedagogio Lilii 7us. Presbyter et sacrae theologiae baccalaureus, post dimissionem Jacobi Driutii factus est anno 1590 collegii hujus praeses (qui, quum extraneus esset, nec de sanguine fundatoris, biennio dumtaxat secundum voluntatem ejusdem et leges collegii rexit, et cessit locum Balduino Driutio), gradumque licentiae in sacra theologia obtinuit. Fuit deinde Brugis ad sanctam Annam secundae, ut vocant, portionis pastor; postea canonicus cathedralis Brugensis (cujus praebendae possessionem adiit 13 junii 1616) et 11 julii 1616 etiam ejusdem cathedralis poenitentiarius. Obiit 8 octobris 1617.

« Eo cedente, praeses designatur 2 octobris 1602 Balduinus Driutius. » Ita Paquot.

IV. 1602. Balduinus Driutius, natus in pago de Merckeghem, postquam biennalem dumtaxat operam dederat jurisprudentiae, factus est hujus collegii praeses. Postea juris utriusque licentiatus et ad sanctum Petrum Casleti canonicus. Anno 1612 fit ad divum Jacobum Lovanii decanus. Insignis collegii hujus Driutiani benefactor.

« Obiit Antverpiae, quo curandi morbi gratia se contulerat, anno 1630, 17 augusti; corpus Lovanium relatum in basilica primaria conditum est ad aram sancti Ivonis. » Ita Paquot.

« Erat filius Guilielmi Drieux et Ludovicae Pauwels, Michaëlis vero Driutii fundatoris abnepos. Testamentum ejus, una cum codicillis, de die 24 julii 1630, apertum fuit 8 augusti 1630; unde hac die vel paucis antea obiit. *Fasti academici* ponunt obitum ad 17 septembris 1630; puto male (2). » Ita Bax.

(1) Lenglé eum vocat Jacobum.

(2) On voit que les biographes ne sont pas d'accord sur la date de la

Digitized by Google

« Cui 15 septembris subrogatur Balduinus Feutz. » Ita Paquot.

V. 1631. Balduinus Feutz, ex Broxeele Casletanus, filius Remigii et Joannae Smits. Juris utriusque, non autem sacrae theologiae licentiatus, ut in *Généalogie*, p. 7, habetur, et Rothnaci ad sanctum Hermetem canonicus, factus est hujus collegii praeses 16 januarii 1631 uti de familia Driutiana. Anno 1650, mense februario, Academiae rector electus fuit; antea quoque in electione rectoris fuit e facultate artium intrans et decanus. Anno 1649, 31 maji, erat collegiatae sancti Ursmari oppidi Binchiensis canonicus (coram Berckmans). Obiit 27 septembris 1662, insignis in hoc collegio fundator, praesidentiae anno 32°.

« Moritur in collegio 26 septembris 1662; triduo post sepultus juxta decessorem suum. Excipit hunc mense sequenti nepos e sorore Guilielma Petrus Damman. » Ita Paquot.

VI. 1662. Petrus Damman, Mauritii filius, Sancti-Winocibergensis, natus anno 1634; anno 1652, in artibus e paedagogio Lilii sextus promotus, in collegio Driutii theologus, sacrae theologiae licentiatus, primum a 5 januarii 1658 in paedagogio Liliensi philosophiae secundarius, et dein anno 1661, mense julio, primarius professor; quem professoratum tantum dimisit 1 maji 1672. Electus est 29 octobris 1662 collegii hujus Driutiani praeses in locum avunculi sui, et anno 1685, mense februario, Academiae rector. Fuit et nominatione academica metropolitanae Cameracensis canonicus, ad haec in divi Petri Lovanii primae fundationis canonicus, et apostolicus ac regius librorum censor. Condito testamento 6 octobris 1688, per quod reliquit fundationem amplissimam 18 circiter bursarum pro philosophiae studiosis in paedagogio Lilii ac dein pro theologiae studiosis in collegio majori theologorum, vel pro juris studiosis in collegio hoc Driutiano

mort de Baudouin Drieux. Paquot la place au 17 août 1630, tandis que Bax semble vouloir l'assigner au 7 du même mois.

Digitized by Google

(coram C. J. Essingh, notario), in hoc obiit 12 novembris 1692, longis apoplexiae doloribus, secuta epilepsia, exhaustus. Sepulturam elegerat in ecclesia divi Petri prope altare sancti Ivonis juxta avunculum suum Balduinum Feutz, J. U. licentiatum et in praesidentia antecessorem. Epitaphium non inveni. Anno 1690 vexarum pertaesus una cum mordacibus curis hoc munere praesidis se ipse abdicaverat.

« Anno 1672 apostolicus ac regius librorum censor, eaque ratione canonicus in divi Petri. Rector Academiae praefuit anno 1685, eique multos impendit labores, sanioris doctrinae ac summorum pontificum auctoritatis vindex studiosissimus. Idem plurium collegiorum administrationi, provisoris titulo, intendit. Extremis tabulis 16 octobris 1688 et 6 aprilis sequentis anni conscriptis facultates suas aliquas consanguineis, multo plures piis caussis addixit. Apoplexia primum tactus, collegii regimen abdicavit 16 aprilis 1690; tum epilepsia exhaustus e vita demigravit anno 1692, pridie idus novembris; qua die illi succedit, qui collegium a 18 aprilis 1690 administrabat Joannes Sullivane. » Ita Paquot.

VII. 1692. Joannes Sullivane, Donkieranensis Hibernus, anno 1657 in artibus e paedagogio Porci quintus ; anno 1672 collegii Hibernici praeses; et anno 1682 sacrae theologiae doctor. Constitutus fuit anno 1692 collegii hujus praeses. Praesidentiam anno 1695, cum alius de consanguinitate esset idoneus, dimisit et rediit ad praesidentiam collegii Hibernici. Obiit anno 1701, aetatis 66 annorum, postquam praesidentiam collegii Hibernici anno 1697 dimisisset.

« Cedere loco debuit, eique decreto senatus Brabantiae 25 septembris 1694 substitutus est Aegidius Vynck. » Ita Paquot.

VIII. 1695. Aegidius Vynck, vel De Vinck, Casletanus, Georgii et Barbarae Bornisien filius, anno 1689 in artibus e paedagogio Lilii 43tus promotus, dein J. U. licentiatus; factus anno 1695, aetatis tum 23 annorum, collegii hujus praeses, Postea anno 1701, resignante Jaimez, promoto ad munus consiliarii in concilio privato, factus est professor ad Insti-

Digitized by Google

SOCIÉTÉ ROYALE DE NUMISMATIQUE BIBLIOTHÈQUE

tuta; quam professionem deinde dimisit, successoremque nactus est Aegidium Franciscum Streithagen, postea cancellarium Brabantiae. Mense augusto 1736 et februario 1737 Academiae rector electus fuit.

Fuit collegii hujus benefactor insignis et in eodem fundator. Obiit anno 1740, aetatis 73°, praesidentiae 45°.

« Regimen collegii capessivit anno sequente (id est 1698) viii kalendas apriles, eo quod senatus Brabantiae Sullivanio dimidium annum concessisset ad rationes suas reddendas. De Vinckio pluribus egi, cum juris professores recenserem. Excessit e vivis anno 1740, iv kalendas februarii, et collegium, quod novo ac praecipuo aedificio ampliarat, haeredem instituit. Ei succedit eodem anno L. F. Lenglé. » Ita Paquot.

IX. 1740. Ludovicus Ferdinandus Lenglé, natus Casleti anno 1712. In gymnasio Aquicinctino Duaci, cui patres Societatis Jesu praeerant, anno 1731 in artibus primus renuntiatus fuit. Inde collegio huic Driutiano, uti consanguineus, inter sacrae theologiae studiosos adscribitur, et licentiae laurea 9 martii 1737 condecoratur. Canonicatum in patria obtinuit, in quo per biennium resedit, dum anno 1740 Lovanium revocatus et collegio huic praeses datus est. Anno 1743 sacrae theologiae doctor creatur. Obiit 17 decembris 1765, circa medium quintae matutinae, acutissimis ac diuturnis calculi doloribus attritus, et acerbissimam lithotomiam invicta patientia perpessus; insignis collegii hujus benefactor et in eodem fundator. Sepultus est ad divum Petrum, in coemeterio communi. Vide sacrae theologiae doctores.

« Postea sacrae theologiae doctor et professor ordinarius. Obiit vir piissimus 17 decembris 1765 ex calculi morbo et gangraena succedente, sectus die 14 vel 15 ejudem mensis ab Insulensi chirurgo domino de Chastenet; sepultus die 19 in coemeterio e regione arae divo Ivoni sacrae, summo Academiae, urbis, etc., desiderio ac damno. » Ita Paquot.

X. 1765. Jacobus Franciscus Van Elstlande, natus in Dranoultre, dioecesis Iprensis sub ditione Austriaca, circa an-

Digitized by Google

num 1731; anno 1750 in artibus e paedagogio Lilii 44tus promotus; deinde factus pastor in Dickebusch, dioecesis Iprensis. Anno 1765, 23 decembris, electus fuit collegii hujus praeses, gradumque licentiae in sacra theologia 30 junii 1767 adeptus est. Sub eo, anno 1775, collegium hoc reaedificatum et restauratum est, ita ut elegantia structurae et commoditate nulli collegio cedere debeat.

Anno 1798, 18 decembris, aetatis 67 annorum, obiit in parochia divi Quintini Lovanii, in domo habitationis suae, cum collegium suum communem cum aliis collegiis sortem expertum esset sub regimine nationis Gallicae; sepultus est in coemeterio parochiae de Heverle juxta Lovanium.

Lectores collegii Driutiani.

En nomina illorum, quorum notitia ad nos pervenit:

1. *Petrus Jacobus Du Fort,* ex Ledeghem, philosophiae olim auditor in paedagogio Lilii, sed hujus collegii Driutiani incola; sextus inter artium magistros promotus anno 1739. Anno 1746 licentiatus sacrae theologiae, ejusdemque jam antea lector in Heverleensi Coelestinorum coenobio, postea parochus in Ingelmunster.

2. *Joannes Baptista Fighé,* Antverpiensis, antea paedagogii Liliensis alumnus et anno 1742, idibus novembris, septimus in scholis artium renuntiatus; subinde vacantiarum prior et anno 1750 sacrae theologiae licentiatus. Mox ad lectoris officium hujus collegii Driutiani e collegio Petri Van Dale assumitur. Postea etiam jurisconsulti, id est juris utriusque licentiati, titulum accepit. Circa annum 1750 in patriam revocatus, prius sacrae theologiae docendae in episcopali seminario admotus, postea pastor begginagii Antverpiensis constitutus est et librorum censurae addictus. Obiit in urbe patria 1 martii 1791. Cui successit

3. *Philippus Franciscus Van Haesendonck,* ex Leeuwis sancti Petri. Fuit is anno 1730 inter artium magistros 30us e

Digitized by Google

Falcone promotus. Inde consanguinitatis jure adscriptus collegio Malderiano, ubi sacrae theologiae licentiati titulo condecoratus est.

4. *Petrus Jacobus Marant*, ex Bavinchove Casletanus, postea sacrae theologiae doctor et professor, in hoc collegio Driutiano theologiam docuit circa annum 1769.

Fundationes bursarum in collegio Driutiano.

Benefactores hujus collegii recensentur :

1. *Remigius Driutius*, officialis Brugensis, filius Mauritii et Mariae Feutz.

2. *Balduinus Driutius*, collegii praeses, qui illud ex asse haeredem instituit.

3. *Balduinus Feutz*, itidem praeses, qui amplam fundationem pro bursis reliquit, ad quas, post consanguineos ipsius, vocantur oriundi ex oppido et agro Casletano, ex oppido et agro Winocibergensi. Conferunt eas consanguinei.

4. *Petrus Damman*, et ipse praeses hujus collegii, legavit eidem sacram suam supellectilem sub onere duarum per annum missarum. Idem, patrimonio cognatis relicto, amplam extra collegium fundationem volantem, ut loquuntur, instituit, qua fruuntur ejus consanguinei et oriundi ex oppido et agro Winocibergensi. (Testamentum diei 16 octobris 1688, coram Essingh, notario, et 6 aprilis 1689, coram eodem).

Cum autem hi duo, scilicet Balduinus Feutz et Petrus Damman, de stirpe fundatoris nati sint, ad eorum fundationes jus habent hujus quoque consanguinei.

5. *Aegidius De Vinck*, collegii itidem praeses.

6. *N..... De Coster*, pastor in Bambeke, circa annum 1750 hebdomadarium sacrum in collegio fundavit.

Digitized by Google

Etat actuel des revenus des fondations annexées autrefois au collège de Drieux (1).

Fondations administrées par la commission provinciale du Brabant.

Fondateurs.	Revenus. Frs. Ces.
1. Damman (Pierre)	1383 03
2. Drieux (Baudouin). 3. Drieux (Michel), fondateur du collège, 4. Vinck (Gilles De).	3755 03
5. Drieux (Remi)	193 00
6. Feutz (Baudouin)	104 25
7. Lenglé (Louis-Ferdinand)	102 75

Note complémentaire pour l'histoire du collège de Drieux.

A la suppression de l'Université en 1797, les bâtiments du collège de Drieux ne furent pas aliénés par le prytanée de Saint-Cyr ; ils devinrent, par conséquent, plus tard la propriété de la ville de Louvain. Ces bâtiments, qui existent encore de nos jours, sont ceux qui furent construits en 1775 par les soins du président Van Elstlande.

«En 1800, dit M. Van Even, quelques artistes adressèrent une pétition au maire de Louvain à l'effet d'obtenir un local pour y établir une école des beaux-arts. Un arrêté du maire, en date du 14 octobre, leur accorda l'usage provisoire de la salle de la ci-devant décanie. L'école y fut ouverte sous la conduite de J.-P. Geedts, professeur de dessin, et C.-F. De Rare, professeur d'architecture. Le peintre P.-J. Verhagen avait bien voulu accepter le titre de directeur honoraire.

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1879-1880.

Digitized by Google

L'institution eut le succès qu'on était en droit d'en espérer. Au bout de quelques mois, le local était devenu trop petit pour placer tous les élèves qui se présentaient. En 1801, l'académie fut transférée de la salle de la décanie au collège de Drieux, qu'elle occupe encore actuellement. Geedts dirigea l'école pendant 34 ans. En 1834, elle subit une réorganisation complète. Alors la direction en fut confiée à M. L. Mathieu. Le 24 février 1835, le conseil communal ajouta une école de musique, école qui fut complétée en vertu d'une résolution du 17 mars 1834. L'académie occupe les deux étages et le rez-de-chaussée des ailes du collège de Drieux. » *Louvain monumental*, p. 301.

La *Société de lecture*, fondée en 1801, est installée, depuis son origine, dans la plus grande partie du rez-de-chaussée de l'ancien collège de Drieux.

Digitized by Google

11. Collège de Van Dale, dit aussi d'Anvers et d'Alost.

Ce collège, situé dans la rue *de Namur* au point culminant de toute la ville, a été ainsi appelé du nom de son fondateur Pierre Van Dale, d'Anvers, chanoine de la cathédrale de sa ville natale et doyen de la collégiale de Saint-Martin à Alost. Il a aussi été désigné parfois sous le nom de collège d'Anvers ou d'Alost, parce que les jeunes gens originaires de ces deux villes étaient appelés, avant tous autres, à la jouissance des bourses. Les étudiants pouvaient suivre les cours soit de philosophie à la pédagogie du Porc, soit de théologie ou de droit aux halles.

Pendant près de deux siècles, ce collège paraît avoir surpassé en beauté et en grandeur tous les autres établissements universitaires du même genre ; les souverains et les gouverneurs généraux avaient l'habitude d'y descendre lorsqu'ils s'arrêtaient à Louvain. Il ne perdit cette supériorité que vers le milieu du XVIIIe siècle, lorsqu'on reconstruisit avec un luxe extraordinaire plusieurs des anciens collèges.

Collegium Dalense alias Antverpiense.

Petrus Van Dale, filius Arnoldi, jurisconsulti necnon toparchae domus Ten Dale, et Gertrudis Terlinx, filiae Gerardi et Josinae de Liere, natus Antverpiae anno 1504, J. U. doctor, toparcha de Berlaer, Gestel, Putte et Beersele, cathedralis ecclesiae beatae Mariae Virginis Antverpiae canonicus, et decanus collegiatae Alostanae sancti Martini, Turonensis episcopi, dictae etiam sancti Gaugerici, eo quod capitulum

Digitized by Google

ex ecclesia sancti Gaugerici in pago vicino de Haeltert anno 1495 Alostum translatum est. Vir non tam opibus, quas a parentibus amplissimas consecutus erat, quam recto earum usu laudandus, atque imprimis eximia quadam liberalitate, qua complurium civium suorum laborantem fortunam sublevavit afflictamque erexit; atque, ut ad posteros quoque beneficentiae illius manaret utilitas, motus Arnoldi, patris sui, exemplo, qui in testamento suo centum florenos annuos in pauperum studiosorum subsidium legaverat, majori pietate ductus, ex domo sua cum amplissimo fundo adjacente anno 1569 insigne hoc collegium alendis sui sanguinis et patriae atque Alosto oriundis studiosis duodecim, primo artium ac philosophiae in gymnasio Porcensi, inde sacrae theologiae vel jurisprudentiae, excitavit tanto quidem peristyliorum apparatu et structurae magnificentia, ut serenissimis Belgarum ducibus seu principibus eo divertentibus hospitium olim praebere soleret.

Voluit fundator, ut omnes bursarii uterentur longa talarique veste. Ipsemet fundator annis aliquot pro arbitrio collegium suum administravit; quique dein praefuere et collegium administrarunt, plerumque fuerunt vel theologiae vel jurium baccalaurei; ita enim jussit idem fundator, vetuitque praesidem institui licentiatum aut doctorem aliquem, qui ob studiorum forte occupationes minus intendere collegii negotiis posset.

Institutores vero provisoresque sunt duo : alter sacrae theologiae, alter juris alterutrius doctor ac professor, uterque senior suae facultatis; patroni autem benefactoresque collegii Grimbergae barones, nunc comites.

Collegium hoc a fundatoris nomine *Dalense* dictum, a loco ejus nativitatis alias *Antverpiense* dicitur.

Anno 1574, praedictus fundator transegit cum capitulo Antverpiensi sic, ut duo chorales capituli cathedralis Antverpiensis in collegio suo haberent perpetuo praeferentiam ad duas bursas, et capitulum eum absolveret a residentia propter senium; erat autem tunc 70 annorum. Actus notarialis desuper confectus asservabatur olim in archivis capituli

Digitized by Google

Antverpiensis. Vide DIERCXSENS, *Antverpia Christo nascens et crescens*, V, p. 113.

Vivere desiit fundator Antverpiae 1 januarii 1582; translatus inde Lovanium ad sacellum sui collegii, ubi ad monumentum sepulcrale (1) hoc legitur epitaphium :

D. O. M. ET P. M.
R. VIRI PETRI VAN DALE ARNOLDI F.
JC. DECANI ALOSTENSIS, CANONICI ANTVERP.
TOPARCHAE IN BALLAER, GHESTELE, PUTTE, BEERSELE
QVI IN LAVTA RE ET SVPRA PRIVATVM MODVM
MODESTE, PROVIDE, PIE EA VSVS
COLLEGIVM HOC INSTITVIT, VECTIGALIBVS INSTRVXIT
ALENDÆ IN BONVM PVBLICVM IVVENTVTI
NATVS ANTVERPIÆ A^no^ CIↃ. IↃ. IIII. IBIDEM OBIIT CIↃ. IↃ. LXXXII.
HIC MONVMENTVM HABET OSSIB. EIVS VOLUNTATE TRANSLATIS
VT ANIMA EIVS IN BEATAS SEDES TV APPRECARE
PIE LECTOR.

« Ad sarcophagum, qui extabat in medio sacelli choro legebatur : D. O. M. ET P. M. | D. PETRI VAN DALE | FUNDATORIS OBIIT CIↃ. IↃ. LXXXII, 1^a^ JANUARII. In eodem lapide insculpta aeri illius, quae et collegii, insignia : Scutum transversim sectum : superne aureum, ubi vir silvestris, clava armatus, dimidiato corpore; inferne nigrum, tribus stellis aureis (2 † 1) distinctum. Ejusdem effigies picta, et duplex quidem, adversatur in collegio. Sacellum dicatum est beato Petro ad Vincula. » Ita PAQUOT.

(1) Le monument du chanoine Pierre Van Dale existe encore aujourd'hui dans le chœur de l'ancienne chapelle du collège. Il se compose, comme la plupart des petits monuments funéraires du XVIe siècle, d'une partie rectangulaire couronnée d'un fronton. Devant la partie rectangulaire, où sont figurés en bas-relief un dais et des draperies, on voit la statue du fondateur agenouillé. Les pieds-droits de l'encadrement sont formés chacun par une figure de femme ayant sans doute une signification allégorique, car aux pieds de l'une d'elles se trouve une tête de mort. Sur les rampants du fronton triangulaire sont couchés deux petits génies, et une figure d'homme, symbole de la résurrection, surmonte le sommet.

Digitized by Google

Reverendus et venerabilis dominus et magister Petrus Van den Daele, utriusque juris doctor, canonicus Antverpiensis, occasione testamenti quondam domini Arnoldi Van den Daele, sui patris, quo pro pauperibus studiosis centum florenos annuos legaverat, zelo majoris pietatis motus, comparata domo et amplo fundo apud et citra interiorem portam sancti Quintini, eoque splendidissimis aedificiis ampliato et ornato, in anno Domini 1569 erexit collegium pro uno praesidente, duodecim bursariis, partim in theologia, partim in utroque jure atque etiam in artibus operam daturis, uno portario et ancillis duabus. Quod quidem collegium fundator ipse in vita sua ad effectum perduxit; certis annis pro suo arbitrio hos praesidentem, bursarios et familiam aluit.

Tandem fundator per suum testamentum et codicillis dicto collegio providit et provisum esse voluit de mille florenis annuis, assignando illi imprimis in villa de Herent unam villam seu coloniam in reditu annuo aestimatam trecentis florenis; item unum molendinum, necnon aliam quamdam domum in oppido Lovaniensi; item reditum centum florenorum, quem debet vetus collegium sagittariorum Antverpiae; item reditum ducentorum florenorum, quem debet dominus de Bremaigne et quaedam alia. Quae omnia testator instar aestimationis taxari voluit, et inde constitui dictos mille florenos annuos; ad quorum supplementum, si quid deesset, voluit per suos haeredes et executores ex aliis suis bonis suppleri.

Et quia, supervenientibus istis turbis et dicto fundatore in oppido Antverpiensi retento, idem fundator animadvertens per turbida haec tempora collegium per bona illi assignata interteneri non posse, et praeterea quod fundi et aedificia illius interea deteriorari possent, et dicta assignata bona multis reditibus et oneribus essent obnoxia, per suos codicillos voluit, quod omnia haec assignata bona per suos haeredes et executores ex apparentioribus ipsius bonis exonerarentur et in eo statu ponerentur, quo erant ante has turbas, et quanto minus interea collegium ex assignatis bonis perciperet seu percipere possit, inde suppleretur.

Digitized by Google

Hic dominus fundator mortuus est in anno 1581 (*stylo veteri*) et Lovanium translatus in capella sui collegii sepultus.

Eo tempore dicti collegii praesidens erat dominus Cornelius Huselmans, ab ipso testatore institutus, qui gravi et sumptuoso praesidio militari pressus, in languorem animi incidit, et ex hac vita decessit, diffugientibus omnibus bursariis, exceptis tribus, qui aliquo adhuc tempore retenti sunt, sed postea dimissi, et nulli alii post hoc per patronum hujus fundationis (qui est dominus de Lilloe, ex fratre fundatoris nepos) praesentati aut admissi.

Sed tamen constitutus praesidens dominus et magister Bartholomaeus Ingels, presbyter, et post eum triennio dominus Wolffgangus Osualdi, qui huic praesidentiae in fine decembris novissime praeteriti renunciavit; ita quod haec praesidentia nunc vacet et expectetur alterius praesentatio; ita ut in praesenti in collegio sit sola famula ad illius custodiam.

Villa, quae in Herent sita est, totis his annis inculta et deserta jacuit et adhuc jacet; in qua nondum consultum est tam in reparationibus aedificiorum quam fundis reducendis ad culturam aliquam impensam facere, ob id quod nimium exposita sit licentioso discursui militum et incursui hostium.

Reditus ille ducentorum florenorum a domino de Bremaigne omnibus his annis insolutus manet, conditione debitoris illius praesertim propter captivitatem apud hostes multum in deterius mutata.

Per provisores collegii superiore anno tractatum est de hujus collegii restitutione tam quoad bursarios quam exonerationem bonorum et reparationem aedificiorum, et ex ea tractatione inter eosdem haeredes et executores convenit, quibus modo et forma restitutio fieret per solutionem mille florenorum annuorum tantisper, dum dicta restitutio plenarie facta erit. Sed quoniam haec res haeredibus longiorem tractum habitura videbatur, constituerunt dicti haeredes quaerere et invenire rationem, qua celerius praedicta exoneratio et restitutio fiat. Cujus effectum provisores propediem expectant; et si eorum expectatio frustrabitur, officio suo non

Digitized by Google

deerunt, ad hoc omnino laborantes, ut dictum collegium ad suam debitam formam et effectum reducatur.

Consultum putaverunt domini provisores cum domino Davide Sexagio, quoad hanc fundationem executore testamenti, ita cum haeredibus benigne agere potius quam illis odium adversus hanc fundationem excitare, et illis aliquo modo sic indulgere ob gravissimas eorum querelas de inexpedita perceptione emolumentorum ex reliquis bonis dicti fundatoris propter haec bella, multis bonis et reditibus per rebelles confiscatis, ac deniqne multis adhuc incultis jacentibus.

Provisores hujus collegii constituti sunt senior professor sacrae theologiae et senior professor facultatum juris canonum vel juris civilis, qui primi fuerunt et adhuc sunt dominus Michaël du Bay et dominus Joannes Wamesius.

(Extrait du rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en 1589.*)*

Portae hujus collegii imposita adhuc hodie legitur inscriptio (1) :

COLLEGIV̄ D. P. VÃ DALE

Hortus collegii hujus se extendit usque ad portam veterem seu interiorem oppidi Lovaniensis dictam *Wolfs-Poorte*, quae anno 1779 demolita fuit, et par luporum, quod portae huic imminebat, translatum in parietem contiguum dictae portae, quam collegium hoc Dalense construi curavit, cum hac

(1) Dans le tympan du fronton semi-circulaire de cette porte on lit le millésime 1668. Le style architectonique de l'édifice, qui dénote évidemment le milieu du XVIe siècle, ne nous permet pas de voir dans ce millésime la date de la construction de la porte, ni des bâtiments qui longent la rue *de Namur*. Il se rapporte peut-être à un embellissement de la façade; ou, plus probablement à notre avis, il est le résultat d'une restauration maladroite faite à une époque peu éloignée de nous, et par laquelle le nombre 1668 a été substitué à celui de 1568 qu'on y lisait primitivement.

Digitized by Google

inscriptione, dictata ab eximio domino Van de Velde, sacrae theologiae doctore : « LUPORUM PAR, QUOD PORTAE | LUPINAE HUIC OLIM LOCO | CONTIGUAE, ANTEQUAM | SENATUS JUSSU ABHINC | BIENNIO DESTRUERETUR | IMMINEBAT, IN HUNC PARIETEM | OB MEMORIAM TRANSLATUM. FUIT AN. DOM. MDCCLXXXI. | COLLEGIUM DALENSE.

In testamento Pauli Van den Dale, toparchae de Lillo, etc. vidui Annae Cocquiel, fratris Petri, fundatoris hujus collegii (24 junii 1595, coram Wamel) enumerantur ipsius proles, nempe : Petrus, eorum filius natu minor; Maria, quae nupsit Melchiori Groenenborgh; Anna, quae nupsit Paulo Van Ghemaert; Margareta, quae nupsit Alardo de Lanoye; Lucretia, quae nupsit Hieronymo Boote, toparchae de Wesenbeke, Ophem, etc.

Antverpiae apud reverendos patres Minores, supra ostium sacristiae, olim visum fuit monumentum ex marmore, in quo duae statuae flexis genibus nobilem dominum Arnoldum Van Dale cum uxore repraesentabant, hoc adscripto epitaphio : D. O. M. ARNOLDO VAN DALE, CIVI, MERCATORI ET OLIM INCLYTAE HUJUS. URBIS QUAESTORI, GERTRUDIQUE TERLINX CHARISS. CONJUGI, PARENTIBUS OPT. MER. LIBERI MONUMENTUM HOC AMORIS ET PIETATIS CUM LACRYMIS POSS. VIXIT ILLE ANN. LXXXVI. OBIIT ANNO DNI MDLVIII XXV APRILIS. HAEC VERO VIXIT ANN. XLIX. OBIIT ANNO DNI MDXXIX, QUINTA MARTII.

Praesides collegii Dalensis.

I. Primus collegii hujus, postquam fundator illud pro arbitrio suo annis aliquot administrasset, ab eo institutus fuit CORNELIUS HULSELMANS, vulgo *Jossens* dictus, ex Bladel, Campiniae vico, Guilielmi, sacrae theologiae doctoris, germanus. Praefuit vivente adhuc fundatore (1).

II. BARTHOLOMAEUS ANGELUS, vulgo *Engels* vel *Ingels*, successor datus Cornelio Hulselmans et constitutus fuit praeses

(1) Bax met en marge l'annotation : *Vide* BACHUSIUM, II, p. 180. Nous ignorons quel recueil il a voulu désigner par ces mots.

Digitized by Google

a collegii patrono anno 1581, ut *Fasti* habent p. 313. Vivebat tunc adhuc fundator (1). Verosimiliter idem est ac ille, qui inter regentes paedagogii Falconis nominatur Bartholomaeus ab Angelis, Lovaniensis, quique, cum gradum licentiae in sacra theologia obtinuisset, praesidentiam collegii hujus Dalensis demittere juxta fundationem debuit, ac deinde anno 1587 factus est professor ethices christianae; tum anno 1588 regens Falconis et anno 1589 pastor in Beveren Wasiae, ibidemque obiit 20 aprilis 1610, aetatis 62, pastoratus 20 annorum. Sepultus in ecclesia cum epitaphio.

III. Wolfgangus Oswaldus, seu rectius Osualdi, factus praeses anno 1585, paulo ante 30 julii. Hic ob militum praesidiariorum insolentiam collegii administratione se abdicavit mense decembri 1588 (2).

IV. Marcus Van den Wouwere, Bruxellensis, J. U. baccalaureus et ad divum Petrum Lovanii canonicus, constitutus fuit collegii hujus quartus prasses. Obiit 23 maji 1617; sepultus in divi Petri Lovanii ante altare sanctorum Crispini et Crispiniani cum hac inscriptione : Venerabili viro D. ac M. | Marco Van den Wouwere Bruxellensi | canonico hujus ecclesiae annis | 40 mortuo anno 1617 maji 23 sepulto hic ex opposito.

V. Adamus a Ghoir seu a Goer, Zysdorpius, Sisdorpius vel Siersdorfius (sic dictus a pago non longe Colonia Agrippina distante), J. U. baccalaureus et clericus dioecesis Monasteriensis; erat 11ª octobris 1586 pastor seu rector ecclesiae parochialis de Wilderen Leodiensis dioecesis (haud procul ab oppido sancti Trudonis), ut constat ex *Actis*. Praeses

(1) Il semble résulter du *Rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en* 1589, dont nous avons publié ci-dessus, p. 232-234, l'extrait relatif au collège de Van Dale, qu'Hulselmans était encore président au moment de la mort de Pierre Van Dale, et qu'Engels ne devint président que vers la fin de l'année 1582 ou même au commencement de l'année suivante.

(2) Bax ajoute : *Vide* Bachusium, II, p. 197.

Digitized by Google

hûjus collegii 24 octobris 1602, et ad divum Petrum Lovanii canonicus. Condito testamento die 11 augusti 1616 coram Hermans, obiit 10 martii 1625 (1).

VI. Arnoldus Van der Gheest, Bruxellensis, sacrae theologiae baccalaureus, ad divum Petrum Lovanii canonicus et et presbyter, factus est collegii hujus praeses anno 1625. Condidit testamentum 27 aprilis 1639 coram Boyens, per quod reliquit capitale 2500 florenorum cambialium pro fundationem bursae in collegii majori theologorum in favorem philosophiae vel theologiae studiosi, cujus praesentatio hisce temporibus est penes dominum Proost de Voorselaer. Erat adhuc praeses (coram Leunis) 6 novembris 1641; obiit verosimiliter anno 1643. Vide 1644, 21 junii, coram Berckmans.

VII. Petrus Ghiffene vel Van Ghiffene, Rothnacensis, forte frater vel cognatus Laurentii Ghiffene, anno 1613 in artibus primi et dein paedagogii Liliensis professoris. Matriculae Universitatis inscriptus 20 decembris 1621; literas humaniores in collegio Vaulxiano a 18 februarii 1627 ad 16 augusti 1633 docuit; 5 januarii 1630 ad concilium facultatis artium admissus fuit; ex qua facultate erat in electione magnifici domini rectoris annis 1645 et 1649 intrans. Insuper sacrae theologiae baccalaureus formatus et collegii hujus praeses. Valerius Andreas, in *Fastis*, et Vernulaeus, in *Academia*, eum dicunt juris utriusque baccalaureum. Anno 1633, 29 maji, canonicatum in collegata Aëriensi in Artesia obtinuit; dein et alium in collegiata sancti Jacobi Lovanii.

«Erat praeses 3 aprilis 1655 et 26 novembris 1653. Obiit anno 1656.» Ita Paquot.

Videtur factus praeses collegii hujus 5 aprilis 1643, et in eo munere (coram Berckmans) adhuc agebat 26 novembris 1653. Obiit que in hoc collegio anno 1656 vel 1659.

VIII. Guilielmus Van der Horst, sacrae theologiae baccalaureus formatus, ad divum Petrum Lovanii canonicus et

(1) Bax ajoute : *Vide* Bachusium, II, p. 224.

Digitized by Google

scholasticus, presbyter; ad concilium facultatis artium admissus, anno 1660, mense februario, erat intrans, et 1664, mense februario, intrans et decanus ex eadem facultate in electione rectoris magnifici. In praesidentia collegii hujus successor datus est Petro van Ghiffene anno 1656 vel 1659.

«Antea pagi de Uccle haud procul Bruxella pluribus annis parochus; scholarcha ad divum Petrum tertio nonas martiis 1661 electus, hanc spartam egregie ornavit, solitus piis munusculis pueros ad sapientiae studium accendere. Idem ad concilium facultatis artium assumptus est, cujus decanus erat anno 1664, cum Georgii Lipsii typis recudendum suis sumptibus curavit Didaci Stellae, Minoritae, *Contemptum vanitatum mundi*, in-16°, gratis distribuendum. E vivis excessit anno sequenti; tumulatus ad divum Petrum decimo sexto kalendas julii.» Ita Paquot.

IX. Franciscus Ryssels, Reyssels seu Reysels, Bruxellensis, filius Henrici, nepos vero Francisci Ryssels et Catharinae Segers, id est avi et aviae (coram Heusden, 12 martii 1660). Anno 1660 et deinde 1661 et 1662 possessionem adierat professionis eloquentiae christianae et canonicatus secundae fundationis divi Petri Lovanii, sed sine effectu; presbyter, canonicus ad sanctum Jacobum Lovanii, ac post Jacobum Van Santvoort, defunctum 3 maji 1663, ejusdem collegiatae decanus; factus collegii hujus praeses 8 julii 1665, uti scribit Paquot, *Mémoires*, éd. in-8°, XV, p. 243; vel, uti coram Tordoir 19 decembris 1665, praesidentiam a patrono accepit 1665, 5 decembris. Obiit 8 octobris 1677.

«In praesidentem electus octavo idus julii 1665. Sententia concilii Brabantiae provisionaliter *installé* (puto ad praesidentiam) 17 decembris 1666 (coram Waterfort).» Ita Paquot.

X. Hubertus Vanden Berghe, Thenis e spectabili, nobili ac nunc etiam illic florente familia ortus, baptizatus 1 maji 1648, filius consultissimi domini Dionysii, oppidi Thenensis pensionarii, et Annae Van den Roye; ibidem ad sanctum Germanum canonicus, factus est praeses 24 decembris 1677; tum anno 1679, post dimissionem domini Van Beringen,

Digitized by Google

collegatae sancti Jacobi Lovanii decanus, eoque nomine archidiaconus et officialis Incuriensis et quatuor pagorum etc.; nec non judex synodalis dioecesis Mechliniensis. Ad haec fuit Ursulinarum Lovanii director. Obiit 26 decembris 1704, post acutissimos hydropis et gangrenae dolores; sepultus in ecclesia sancti Jacobi ad altare sancti Huberti cum epitaphio.

«Antea ad divum Germanum in urbe patria canonicus et cantor, postea ad sanctum Jacobum, cujus ecclesiae decanus eligitur anno 1679. Is ruentem in praeceps domum Van Dalicam non tantum vindicavit a certissimo interitu, sed et moriens liberam ac florentem reliquit. Relatus ad suam ecclesiam, depositus est in sacello sancti Huberti, patroni sui, ubi lapidi caeruleo insculptum : D. O. M. | MEMORIAE | R^di^ ADM. PRAENOB. AC AMPL^mi^ V. D. | D. HUBERTI VAN DEN BERGHE | EX PERANTIQ^a^ ET PRAENOB. FAMILIA | VAN DEN BERGHE APUD THENENSES | QUI COL^gii^ DAL^sis^ PER ANNOS 27 | PRAESES, ADMINISTRATOR | RESTAURATOR, HUJUS COLLEGIATAE | ECCLESIAE PER ANNOS XXV | DECANUS | QUIES PRAEFUIT OFFICIO | PRAEIVIT EXEMPLO | IN DIVINIS OFFICIIS ASSIDUE | PRIMUS ET ULTIMUS | OBIIT DIE 26 MENSIS DECEMBRIS ANNI 1704 | R. I. P.

XI. JOANNES FRANCISCUS LANDELOOS, Thenensis, natus anno 1665, filius Germani Landeloos, medici Thenensis, et Catharinae Van den Berghe, Huberti Van den Berghe, decani sancti Jacobi et collegii hujus praesidis, sororis, ad sanctum Germanum Thenis canonicus, ab anno 1680, praebendae subdiaconalis; ante tempus seu cum dispensatione in aetate presbyter, primitias celebravit in paschate 1688; anno 1697 decanus ad sanctum Germanum et protonotarius apostolicus. Erat anno 1705, dum factus est praeses, adhuc ad sanctum Germanum decanus. Inscriptio carminis hac occasione editi haec est : *Joanni Francisco Landeloos ad S. Germanum Thenis decano, collegii Dalensis praesidi.* CORONEMVs LANDELOOS (1705). Collegium ut pater rexit, pacis et concordiae aemulus. Obiit 6 julii 1742, aetatis 76 annorum.

«Huic collegio, flagrante bello, praefectus, annis prope

Digitized by Google

duodequadraginta id rexit; mortuus demum anno 1742, pridie nonas julii, ac sepultus in choro ad sanctum Quintinum. Effigies picta, quemadmodum et superioris, adservatur in collegio. » Ita PAQUOT.

XII. GASPAR FRANCISCUS HILLEMA, Mechliniensis, filius Christiani Hillema, consiliarii et assessoris montis pietatis, scabini, thesaurarii et eleemosynarii oppidi Mechliniensis, defuncti 22 aprilis 1726, aetatis 58 annorum, et Mariae Brants, defunctae 5 maji 1747, aetatis 75 annorum; in artibus anno 1729 promotus titulo defensionis; sacrae theologiae baccalaureus formatus, presbyter et divi Petri Lovanii primae fundationis canonicus. Praecedenti praesidi primum coadjutor datus, dein factus est anno 1742, post obitum D. Landeloos, collegii hujus Dalensis praeses. In quo obiit 30 junii 1762 ex sanguine corrupto cancro; sepultus in coemeterio minori ad sanctum Petrum Lovanii, sine epitaphio.

In sui memoriam reliquit anniversarium, nec non statuam Joannis Nepomuceni in divi Petri erectam inter altare beatae Mariae Virginis et organum, cum hac inscriptione : D. O. M. | DIVO | JOANNI NEPOMUCENO | GASPAR FRANCISCUS | HILLEMA | MECHLINIENSIS | PRESB. | HUJUS ECCL. CANONICUS | COLL. DALENSIS PRAESES | D. D. C. Q. | OBIIT ULT. JUNII MDCCLXII. | R. I. P. (1).

« Natus 7 aprilis 1708... praebendam majorem ad divum Petrum nactus est tertio kalendas junii 1744. Vitiato gangraena corpore, post diros cruciatus e vita sublatus est 30 junii 1762. » Ita PAQUOT.

XIII. ANTONUS DOMINICUS MOSSELMAN, Bruxellensis, natus 23 augusti 1733, filius Hieronymi quondam e nationibus consulis oppidi Bruxellensis ac oppidi ejusdem quaestoris, et Isabellae Lauwereys; promotus in artibus anno 1756 e Falcone titulo defensionis; sacrae theologiae baccalaureus formatus et presbyter, factus est 7 julii 1762, collegii hujus praeses, eodemque mense in possessionem missus est. Obiit in suo collegio 7 decembris 1780, postquam praesidentiam

(1) Cette statue et l'inscription existent encore aujourd'hui.

Digitized by Google

uno alterove die ante obitum dimisisset; sepultus est ad divum Quintinum.

XIV. Emmanuel Franciscus Fendeur, Bruxellensis, natus 25 decembris 1741, patre Joanne Baptista, matre Joanna Maria Cambier, humaniores literas apud patres Societatis Jesu in patria edidicit, et dialecticam anno 1759 in gymnasio sanctissimae Trinitatis Lovanii; anno 1761 in artibus e paedagogio Lilii 45us promotus; theologiae cursu in collegio Driutii confecto, sacrae theologiae baccalaureus formatus, transiit ad collegium Dalense, et in locum domini Mosselman dimittentis a patrono collegii praeses constituitur, et in possessionem mittitur 9 decembris 1780.

Per promotionem D. Marant, sacrae theologiae doctoris, renuntiatur 10 decembris 1793 canonicus primae fundatorius ad sanctum Petrum Lovanii. Obiit 7 novembris 1795.

In re oeconomica diligentissimus, disciplinae sedulus observator, omnibus gratus, ingens reliquit sui desiderium.

Fundationes bursarum in collegio Petri Van Dale.

Sunt in hoc collegio fundationes :

1. *Petri Van Dale*, fundatoris ;

2. *Grimbergae baronum*, qui deinde comites, nunc principes; sunt hi benefactores simul et patroni. Plures fuerunt ex hac familia de Grimberga seu de Berghis, qui bursas in hoc collegio erexerunt.

En extractum ex testamento reverendissimi domini Guilielmi de Berghis, archiepiscopi Cameracensis, plures bursas fundantis :

« Volo ex colonia empta per me pro collegio Van Daele et redditu centum quinquaginta florenorum assumi aliquot bursarios, uti qui promittant se curam animarum in archiepiscopatu Cameracensi et dioecesi Antverpiensi suscepturos.

Digitized by Google

Debebunt autem excedere vigesimum annum et qualificati, ut audiant casus conscientiae et theologiae studeant; idque per quinquennium. Volo autem omnes bursarios esse peritos linguae teutonicae et curis teutonicis deservire. Poterit autem vicariatus Cameracensis unum bursarium idoneum nominare; reliquos nominabit frater aut, ipso mortuo sine liberis legitimis, nepos meus dominus D. Staelbrouck aut ejus descendentes. Cupio autem in hujusmodi nominatione haberi rationem eorum, qui in seminario Antverpiensi commendationem meruerunt. Praeterea bursarii ante receptionem in collegium, quod vocati curis teutonicis in archiepiscopatu Cameracensi et episcopatu Antverpiensi deservient, juramento sese obligabunt; a quo absolvi non poterunt, nisi prius refusis expensis in collegio factis et ejusdem fabricae applicandis.

État actuel du revenu des fondations annexées autrefois au collège de Van Dale (1).

Fondations administrées par la commission provinciale du Brabant.

	Revenus. Frs	Ces
1. Berghes (Guillaume de), archevêque de Cambrai, et Jacques de Berghes, sire de Grimberghen	648	58
2. Dale (Pierre Van), fondateur du collège, . .	1165	15

Note complémentaire pour l'histoire du collège de Van Dale.

Après la suppression de l'Université en 1797, les bâtiments du collège de Van Dale ne furent pas aliénés par le prytanée français de Saint-Cyr; ils devinrent, par conséquent, plus

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1879-1880.

Digitized by Google

tard la propriété de la ville de Louvain. En 1802, on y établit le refuge de charité, c'est-à-dire l'hospice des vieillards des deux sexes. La ville conserva la propriété du collège de Van Dale jusqu'au 18 février 1864, époque à laquelle elle les céda au bureau de bienfaisance en échange d'un immeuble situé entre la rue *de Diest* et *de la Station*, sur lequel s'élève maintenant le nouveau théâtre communal.

La chapelle de l'ancien collège a été convertie en infirmerie, et le chœur seul reste affecté au culte. On voit encore dans ce chœur, servant actuellement de chapelle à l'établissement, le monument en marbre noir, érigé à la mémoire de Pierre Van Dale, fondateur du collège (1). Neuf tableaux de l'ancien collège de Van Dale, dus au pinceau du peintre P.-J. Verhaghen et représentant divers épisodes de la vie de saint Pierre, ont été transportés aux halles, où ils ornent maintenant la salle de la bibliothèque académique qui renferme les ouvrages de théologie.

Depuis quelques années on a placé sur l'autel de la petite chapelle du refuge de charité, un beau retable sculpté, datant du commencement du XVIe siècle. Ce petit monument, qui représente en plusieurs bas-reliefs des scènes de la vie du Sauveur, provient de l'église de l'hôpital Saint-Pierre.

(1) Voyez ci dessus, p. 232, note 1, la description de ce petit monument.

Digitized by Google

12. Collège de Viglius.

Ce collège, situé dans la rue *de Namur*, a été ainsi appelé du nom de son fondateur Viglius ab Aytta de Zuichem, prévôt mitré du chapitre cathédral de Saint-Bavon à Gand, président du conseil privé et chancelier de l'ordre de la Toison-d'Or. Il était aussi connu, principalement chez les gens du peuple, sous le nom de *Collège de la gerbe de blé*, et en flamand sous celui de *Tarwen schoof*, parce que les armoiries de Viglius, placées au-dessus de la porte d'entrée sont *d'azur à la gerbe de blé d'or*. On lui a donné également le nom de collège Frison ou Gantois, parce qu'il était destiné à des jeunes gens originaires de la Frise et de la ville Gand.

Les étudiants devaient suivre les cours soit de philosophie à la pédagogie du Porc, soit de théologie ou de droit aux halles.

Collegium Viglianum.

Collegium Viglianum a fundatoris sui praenomine ita dictum, et ab ejus insignibus, quae portae imposita sunt, *Den tarwen schoof;* dicitur etiam quandoque collegium Frisicum vel Gandense.

Fundator ejus est Viglius ab Aytta Zuichemus. Hic natus est in Barrhusia, *Barrahuys*, praedio paterno ad medium a Leovardia, Frisiae metropoli, lapidem sub pago Wirdumensi, anno 1507, 18 octobris, in ea familia, quae inter Frisiae primas et nobilissimas; parentesque habuit Folcardum d'Aytta et Idam Hanya. Zuichemi cognomentum quoque tulit fundator noster ab avito similiter praedio et municipio Zuichemensi, agri Leovardiensis, ad primum ab urbe lapidem.

Digitized by Google

Primis literis imbutus est Daventriae, Hagae Comitis, Lugduni et Lovanii. Huc mense octobris 1522 missus est cum Jacobo Volcardo, futuro rectore studiosorum apud Bogardos, et duos fere annos graecis latinisque literis operam dedit in collegio trilingui sub Conrado Goclenio et Rutgero Rescio, professoribus; et primae juris elementa accepit.

Accessit ingenuae indoli ingenium eminens et ad summa quaeque capacissimum. Studiorum formatorem ac velut alterum patrem nactus fuit patruum, Bernardum Buchonem ab Aytta, olim Lovanii anno 1487 primum in scholis artium, dein J. U. doctorem, senatorem regium et Hagensis ecclesiae decanum, qui 3 decembris 1528 decessit, legato pecuniarum ac bibliotheca Viglio nostro relictis.

Lovanio Dolam Sequanorum (1) 27 septembris 1526 mittitur Viglius ad majorem ingenii fructum capessendum; et per literas desiderio Erasmo innotuit; quae illi in Andreae Alciati, jurisconsulti praestantissimi, notitiam et amicitiam fores aperuere.

Itaque anno 1529 Avenionem ad Rhodanum fluvium se contulit, pulsumque inde, saeviente epidemica lue, Alciatum et Biturigas (2) accitum (postque anno eodem 1529,8 maji, Valentiae, quae Galliae academia est in Delphinatu non incelebris, doctoris insignia accepisset) secutus est. Alciato in Italiam revocato, cathedram ejus biennium tenuit et Biturigibus jus civile docuit. Sub id tempus fit pastor Zuichemensis, tametsi in sacris ordinibus non esset, et vicarium constituit.

Biturigа in Italiam dum anno 1531 sub autumnum cogitat, celebres Germaniae academias visit : Friburgensem, et in ea Desiderium Erasmum, Udalricum Zasium, Henricum Glareanum; Basileensem, in qua Bonifacium Amerbachium, Sigismundum Gelenium, et Hieronymum Frobenium; Tubingensem, et inibi Jacobum Jonam aliosque.

Patavium ubi venit, Franciscum Curtium praeceptorem

(1) *Dola Sequanorum*, Dôle, ville du département du Jura (France), qui avait autrefois une Université célèbre.

(2) *Biturigae*, Bourges.

Digitized by Google

habuit, et juvenis adhuc ac peregrinus (ut ipse alibi scribit) in professorum numerum atque ordinem cooptatus est anno 1532, atque Institutiones Justinianeas publice praelegit cum applausu fructuque audientium ac stupore Italorum, hominis exteri ac Belgae facundiam admirantium. Hic annum unum substitit, et post quatuordecim annorum peregrinationem patriae amor animum subiit.

Dum redit, in itinere Erasmum Friburgi, Frobenium Basileae, in via salutavit, et graecas Theophili Institutiones e Bessarionis cardinalis bibliotheca Venetiis depromptas typis ejusdem Frobenii edi curavit.

In patriam reversum Franciscus, Monasteriensis episcopus, anno 1534 curiae suae constituit judicem sive, ut vocant, officialem; Carolus V, caesar, anno 1535 camerae imperialis Spirensis assessorem; Guilielmus, Bavariae dux, anno 1537 academiae Ingolstadiensis professorem, postquam similem conditionem sibi antea in academia Regiomontana a Joachimo II, marchione Brandeburgensi, oblatam recusasset; qua de re ipse ad Georgium Sabinum anno 1535 rationes suas perscribit, quo minus adhuc e foro ad scholasticam illam docendi tranquillitatem redire non statuisset.

Post haec Maria, Belgicarum provinciarum pro Carolo V fratre gubernatrix, Viglium anno 1543 Belgio restituit, oblata senatoria dignitate in quocumque consilio expeteret. Ac primum quidem assessor consilii sanctioris, tum eodem anno 1543, 21 maji, ad Mechliniense consilium nominatus, post paucos menses Mechlinia Bruxellas, jubente caesare, ad sanctius consilium rediit, retento stipendio magni consilii; indeque missus est legatus in Germaniam ad comitia Spirensia.

Anno 1549, kalendis januariis, Carolus V, caesar, Viglium consilii sanctioris praesidem constituit atque, ut ejus authoritatem majori favore adjuvaret, equestri eum honore insignivit. Postmodum quoque praefectus est illi, quod consilium status vocant, anno 1569. Fuit ad haec ordinis Aurei Velleris cancellarius electus anno 1563.

Postremo, elata anno 1552, nulla prole suscepta, uxore

Digitized by Google

Jacoba Damantia, Nicolai, Brabantiae cancellarii, sorore, quam anno 1543 duxerat, ecclesiasticum statum amplexus est Viglius, Lucae Munich, abbatis ad sanctum Bavonem Gandavi, primum ab anno 1556 coadjutor, ac dein, illo defuncto, anno 1562 successor; tum eodem anno 1562 sacerdotio insignitur per cardinalem Granvellanum, ac mense octobri primam missam celebrat, et dein benedictionem abbatialem ab eodem consequitur, primusque illius ecclesiae sancti Bavonis in cathedralem evectae praepositus mitratus ab eodem cardinali Granvellano infulis insignitus fuit, usus in posterum mitra et baculo.

Anno 1569 celeberrimum hoc collegium in fundo amplissimo erexit, fundavit ac dotavit (1). « In eum finem, ut scribit ipse Viglius, Hispaniarum rex duodecim millium florenorum subsidium ei liberaliter contribuit, pro duodecim (neque enim fundator plures admittit) partim suae gentis Frisiis, partim Gandavensibus, primo artium philosophiaeque in gymnasio Porcensi, ac deinde theologiae jurisve pontificii studiosis. » Quamquam si a patrono Zuichemensi intra sex menses a die vacationis legitime intimatae neminem praesentari contingat, possit tunc rector Academiae Lovaniensis cum collegii provisoribus seu visitatoribus saltem duobus (tres enim fundator nominavit : seniorem sacrae theologiae professorem, eumque saecularem, sacrorum canonum antecessorem primarium et ecclesiae divi Quintini parochum, ad quos solos difficiliora collegii negotia referri voluit) pro illa vice in ejus locum substituere Lovaniensem aliquem bonae spei adolescentem. Ita enim habet articulus XI^us^ statutorum ejusdem collegii.

Praeterea ecclesiam suam Gandavensem piis fundationibus

(1) Viglius semble avoir hésité pendant quelque temps entre les villes de Gand et de Louvain pour y fonder un collège pour de jeunes étudiants. En effet, le 17 avril 1567, il obtint du roi Philippe II des lettres d'octroi l'autorisant à fonder un collège avec douze bourses soit à Louvain soit à Gand. Nous avons publié ce document dans les *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, XVII, pp. 120-121.

Digitized by Google

ac pluribus munimentis decoravit; et natale solum novi hospitalis beneficio perpetuo sibi demeruit.

Condidit testamentum Bruxellis, 14 martii 1577, in quo confirmans erectionem hujus sui collegii, varia statuta praescribit, eidemque dotem assignat mille quingentorum florenorum Carolinorum annuorum, uti latius in dicto testamento nes 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17 et 18 (1). Tum denique cognatos haeredesque articulo 37 ita alloquitur : « Rogo autem enixe eosdem, quos ego propriorum liberorum loco semper habui, ut amorem benevolentiamque fraternam inter se colere ac conservare studeant, mutuoque sibi, ubi opus erit, assistant; ac unusquisque honoris promotionisque alterius curam eam, me mortuo, gerat, quam ego vivens erga ipsos semper exhibui; hoc ipsis praecipuum testamentum ac mnemosynon relinquens (2). » Quibus verbis videtur Viglius alludere ad illa Salustii in *Bello Jugurthino*, ubi Micipsa : « Nunc quoniam mihi natura finem facit, per hanc dextram, per regni fidem, moneo obtestorque, uti hos, qui tibi genere propinqui beneficio meo fratres sunt, caros habeas; neu malis alienos adjungere quam sanguine conjunctos retinere. »

Viglius ab Aytta, Zuichemus, Frisius, etc. obiit Bruxellis 8 maji 1577 (non autem anno 1578, ut in *Bibliotheca Belgica* Joannis Francisci Foppens ad ejus effigiem legitur); sepultus in crypta ad latus chori cathedralis Gandavensis sub primo sacello ad dextram, in quo visitur lapis sepulchralis marmoreus cum epitaphio et gentilitii scuti insignibus coloratis; quae insignia sunt : *d'azur à une gerbe d'or, liée de même. L'écu décoré comme celui de son prédécesseur : la crosse d'abbé posée en pal derrière l'écu et surmontée d'une mitre pontificale; le tout d'or. Sa devise* : VITA MORTALIUM VIGILIA.

(1) Le testament de Viglius a été publié par Hoynck van Papendrecht dans les *Analecta belgica*, 1, pp. 195-216.

(2) Testamentum, n. XXXVIII, apud HOYNCK VAN PAPENDRECHT, opere citato, I, p. p. 210.

Digitized by Google

Obiit Viglius Bruxellis, ut jam diximus; translatus inde Gandavum, atque illatus in tumulum a se sibi, dum viveret, positum; quem a calvinianis violatum, primariae ecclesiae canonici instaurarunt, addito hoc elogio : D. O. M. | ADMODUM REVERENDO VIRO | D. VIGLIO AB AYTA | ZUICHEMO FRISIO | JC^to CLARISSIMO | CATHEDR. HUJUS ECCLESIAE PRIMO | PRAEPOSITO MITRATO | AUREI VELLERIS CANCELLARIO | SUPREMI BELGIAE STATUS ET SANCTIORIS CONSI | LII SUB POTENTISSIMIS PRINCIPIBUS | CAROLO V. IMP. ET PHILIPPO II. HISP. REGE | PRAESIDI SUMMO VIGILANTISS. INTEGERR. | QUI CUM HANC ECCLESIAM PIIS FUNDATIONIBUS | PLURIMIS MUNIMENTIS DECORASSET | ACADEMIAM LOVANIENSEM | STRUCTO SUI NOMINIS COLLEGIO | NON MINUS LIBERALITER QUAM MAGNIFICE DOTASSET, | NATALE SOLUM NOVI HOSPITALIS BENEFICIO | PERPETUO SIBI DEMERUISSET TANDEM POST LONGAS VIGILIAS POST INDEFESSOS | LABORES | PLENUS DIERUM PLENUS HONORUM | REGI FIDUS PATRIAE CARUS | UTILIS OMNIBUS, INJURIUS NEMINI | MAGNO SUI RELICTO DESIDERIO QUIEVIT | IN DOMINO | ANNO MD.LXXVII.VIII. DIE MAJI AETATIS | SUAE LXX. | ISTE VIR FUIT LECTOR SED FUIT MIRARE | IMITARE VIGILA MEMOR PRUDENTIS | SIMI ILLIUS SCUTI VITA MORTA | LIUM VIGILIA.

« Aliud illi epitaphium metrice positum :

QUI CURAS REGUM ET REGNORUM PONDERA OBIVIT,
PERVIGIL HOC DORMIT VIGLIUS IN TUMULO.
PARCE PIOS, LECTOR, MANES TURBARE; QUIETEM
HAEC POST TOT VIGILES VINDICAT UMBRA DIES.
AT VIGILIS VIGLI EXEMPLO VIGIL ESSE MEMENTO;
NIL ETENIM VITA EST SIT NISI VITA VIGIL. »

Ita PAQUOT.

Inter monumenta, de quibus in epitaphio Viglii, insigne illud est, quod erigi curavit supra portam maximam cathedralis ecclesiae Gandavensis, ubi sub statua sancti Bavonis legebatur inscriptio : « MONUMENTUM HOC | D^i ALOYSII BAVONIS | IMAGINI INSCULPTUM | OLIM SEPULCHRO | IN ELEVATIONE E TERRA SACRI CORPORIS | A^o SALUTIS 680 IMPOSITUM | AC POSTMODUM JUSSU CAROLI V IMPERATORIS | SUPPRESSO MONASTERIO EXCISOQUE TEMPLO |

Digitized by Google

D. BAVONIS ULTRA SCALDIM | PER REVER. D. LUCAM MUNICH ULTIMUM ABBATEM | UNA CUM CAETERIS MONASTERII | ORNAMENTIS ET SACRIS RELIQUIIS | IN HANC ECCLESIAM DEPORTATUM | TANDEM | A REV. D. VIGLIO SWICHEMIO | PRIMO EJUSDEM ECCLESIAE PRAEPOSITO | AD MEMORIAM VETUSTATIS ET POSTERITATIS | HUNC IN MODUM ERECTUM | A° Dni 1572. »

Porro vitam suam ipse Viglius, morum confidentia fretus, scripsit; quam edidit Hoynck Van Papendrecht in *Analectis Belgicis*, I. pp. 1-194.

De scriptis vero illius et quae omnium manibus teruntur et ab omnibus probantur, vide *Bibliothecam belgicam* Joannis Francisci Foppens, II, pp. 1154 sqq.

Reverendus dominus Viglius Zuichemus, praepositus sancti Bavonis Gandensis, regiae catholicae Majestatis secreti concilii praeses, in anno 1569 comparato in oppido Lovaniensi amplo fundo cum splendido aedificio in platea sancti Quintini extra interiorem portam, eoque aliis aedificiis ampliato, in eo erexit collegium pro duodecim studiosis in sacra theologia aut jure canonico, sex videlicet Frisiis et sex ex choraulibus dictae ecclesiae sancti Bavonis, constituto in eodem dicti collegii praeside. Ad cujus collegii sustentationem duas assignavit villas, unam in Perck apud Vilvordiam, alteram in Ruysbroeck ultra Bruxellam, et super bonis dictae ecclesiae sancti Bavonis Gandensis in diversis reditibus circiter quingentos florenos annuos, et super bonis marchionis Bergensis ducentos florenos annuos, super bonis de Mastaing reditum centum quinquaginta florenorum et, ultra hos, duos alios reditus quinquaginta et triginta sex florenorum.

Quibus duabus villis idem, quod aliis citra dictum annum 1578, supervenit infortunium, altera ex toto, altera ex parte conflagrata, ita ut ex illo tempore multis annis nihil, nunc admodum parvum perceptum fuerit et percipi possit. Redituum solutio ex eo quoque tempore, imo quorumdam pluribus etiam annis ante cessavit, ita ut ab ecclesia Gandensi debeantur fere quinque millia florenorum, ab aliis redituum debitoribus fere sex millia florenorum.

Digitized by Google

In hoc collegio in dicto anno 1578 hospitium accepit quidam Gallus capitaneus, Claudius Bernaerts, Luxemburgensis, qui gravissimo onere maximisque sumptibus collegium sic gravavit, ut diutius sustinere non potuerit; unde factum est, quod dimidia pars bursariorum statim diffluxerit, reliqua ultra annum 1582 subsistere non potuerit, ut nec ejusdem collegii praesidens dominus et magister Joannes Carrio, per fundatorem primus constitutus praesidens; qui, non valens ferre aut praeerogare onera dictae militaris hospitationis aut se Lovanii alendi, praesidentiae in dicto anno 1582 renuntiavit, et Lovanio migravit.

Hoc infortunii quoque accepit collegium, quod in anno 1579 ex mera lascivia militari et excubiis, quas dictus capitaneus in vestibulo dicti collegii habebat, incendium collegio sit obortum, et magna pars per fundatorem aedificata conflagravit. Cujus conflagrationis vestigia nimis manifesta adhuc apparent; per quod incendium ingentia damna collegium in supellectile et bibliotheca accepit.

Migrante dicto Joanne Carrio praesidente, provisores, ne reliqua domus libidini militaris praesidii relinqueretur et tota non periret, praefecerunt eidem dominum et magistrum Petrum a Fine, Lyropium, pastorem parochialis ecclesiae sancti Quintini Lovaniensis, assignatis illi centum florenis ultra usum horti, sub onere sustinendi onera hospitationis militaris. Qua ratione reliqua pars dicti collegii a ruina et incendio praeservata est, et nihilominus adhuc duo ex bursariis retenti et per eum educati, alter sesquianno, alter duobus annis, ita ut dicto novo praesidenti debeantur ultra 400 florenos, ut et praefato primo praesidi adhuc ex reliquis debentur 366 floreni ultra ea, quae Alardus de Boschut, dicti collegii per fundatorem constitutus primus receptor, sibi deberi praetendit.

Unde percipitur, in quo statu sit hoc dictum collegium et quam difficilis sit illius restitutio, tam quoad solutionem debitorum, reparationem conflagratae domus aliorumque sartorum tectorum, quam restitutionem bursariorum. Cujus esset bona possibilitas, si reliqua seu arriragia dictorum redituum expedite solverentur.

Digitized by Google

Hujus collegii provisores sunt senior professor sacrae theologiae, primarius professor juris canonici et pastor dictae parochialis ecclesiae sancti Quintini.

(Extrait du rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en 1589).

Ab anno 1751 ad 1756, praeside Guilielmo Van Linthoudt, collegium novam et splendidam faciem induit, parte anteriori aedium fere tota, dextera vero ex integro instaurata. Fons, qui visebatur in media area, non parum ad decorem collegii conferebat.

« Viglius fit crier une grande maison (si quis retrahere vellet) nommée *de Carsouwe* (nom de fleur) avec verger, jardin, etc. avec 2 cabannes, ayant sortie sur la rue *du Parc*, située rue *Saint-Quentin* vis-à-vis de *Blauw huys*, qui est celle où demeure le comte Limminghen, l'acheta le 26 juillet 1567 de Gaspar Schetz, sire de Wezemael. *Ex libro proclamationum opidi Lovaniensis*, 29 *septembris* 1567, *in prima camera.* » Ita Paquot.

Praesides collegii Vigliani.

Anno 1569, 19 octobris, Viglius celebravit natalem suum dedicationemque collegii sui, collocatis in eo septem Frisiis ac quinque aliis scholaribus, praeter praesidem et rectorem, et, ut ipsemet scribit, « aedificium ipsum ita eleganter extructum comperi, ut mearum facultatum pene immemor fuisse videri possim, nisi me regiae munificentiae spes aluisset ». *Epistola* XC^a^ *ad Hopperum*, apud Hoynck van Papendrecht, *Analecta Belgica*, I, p. 545.

I. Primus praeses ab ipso fundatore institutus fuit Joannes Carrius vel Carrio, nativitate Hollandus, presbyter, sacrae theologiae baccalaureus et juris utriusque licentiatus, factus deinde canonicus cathedralis sancti Martini Iprensis, et ejusdem civitatis Iprensis archipresbyter.

Digitized by Google

Anno 1573, circa festum Nativitatis sancti Joannis Baptistae Viglius collegium suum visitavit, de quo ita ad Hopperum, *Epistola* CCa (apud Hoynck Van Papendrecht, opere citato, I, p. 749), scribit : « Cum meliuscule ex cacoëthe meo valere inciperem, et taedio quadrimestris temporis, quo cubiculo sellaeque continuo affixus fui, affectus, licet pedibus aeger, Lovanium me deferri, praeterita hebdomada, sustinui, ut regentis collegii mei primi *(supple* : rationibus seu computubus) interessem, ac alumnos meos visitarem, cum in tertium annum ibi non fuissem. Ubi omnia in optimo statu regimineque comperi, ut sperem me deinceps singulis annis novum illic habiturum sacerdotem. » Datae erant hae literae Bruxellae, pridie calendas julii anni CIↃ. IC. LXXIII.

Abdicavit Carrius se munere praesidentis anno 1582, 30 aprilis, impatiens militaris insolentiae, qua collegium eo tempore turbabatur et infestabatur.

Cum anno 1579, sub principe Aurangico turpi conflagratione foedatum fuisset collegium, Carrius, quondam praeses collegii, in ejus restaurationem contulit bis mille florenos, ut testatur Hoynck Van Papendrecht in *Analectis Belgicis*, I, p. 217.

Carrius, canonicus et archipresbyter Iprensis, condens testamentum suum 16 maji 1601, ita scribit : « In reliquis, si quid supersit (solutis variis legatis et debitis), volo, ut succedat collegium Viglianum Lovanii in reparationem illius partis, quae per incendium militum tempore fuit absumpta.

Hic Carrius, in Sanderi *Flandria illustrata*, II, p. 328, dicitur fuisse nobilis Batavus et obiisse 21 maji 1601.

II. Petrus a Fine, vulgo *Van den Eynden*, Liropius, sacrae theologiae licentiatus et ab anno 1570 ad divum Quintinum pastor, successit Carrio. Sacrae theologiae doctor renuntiatus anno 1604, et anno 1613 in divi Petri secundae fundationis canonicus. Anno 1614, 3 aprilis, praesidentiam abdicavit, relictoque collegio, sibi vixit. Obiit 31 decembris 1616; sepultus ad divum Petrum. Vide sacrae theologiae doctores.

Digitized by Google

III. Joannes Buterne, Montensis, sacrae theologiae baccalaureus et juris utriusque licentiatus, ex regente paedagogii Castri factus est praeses collegii hujus in locum Petri a Fine dimittentis. Postea canonicus Tornacensis, ad residentiam discessit anno 1620. Moriens collegium haeredem instituit; sed negligentia commissarii Sylvii, nihil ad collegium devenit.

IV. Guilielmus ab Angelis, vulgo *van Engelen*, Sylvaeducensis, primum ab anno 1606 in paedagogio Porci philosophiae professor, tum anno 1616, dimittente J. Buterne, collegii hujus praeses. Hinc mense aprili, postquam praesidentiam Viglianam anno 1643 dimisisset, collegio Adriani VI, pontificis, praeficitur. Tum anno 1648 nominatur episcopus Ruraemundensis, sed ante acceptam Sedis Apostolicae confirmationem obiit in collegio pontificio 3 februarii 1649, cujus praesidentiam a 19 januarii dimiserat. Vide sacrae theologiae doctores et praesides collegii pontificii.

V. Jacobus Pontanus, Hermaliensis Eburo anno 1638, 23 novembris sacrae theologiae doctor creatus. Factus est nonis septembris anni 1643 collegii hujus praeses, successor datus vel designatus Guilielmo ab Angelis dimittenti.

Anno 1665 transiit ad praesidentiam collegii Craendonk. Obiit 1 januarii 1668, hora 2da pomeridiana. Vide sacrae theologiae doctores.

« Idem anno 1662 decanus ad divum Petrum electus, ut ecclesiae suae vicinior esset, ad collegium Marcelli Craendonck migravit. Successor illi datur x kalendas aprilis 1665 Lambertus Vincent. » Ita Paquot.

VI. Lambertus Vincent, Graviensis, ex professore paedagogii Falconis factus est 6 novembris (1) 1665 collegii hujus

(1) On voit que Paquot et Bax ne sont pas d'accord sur la date de la nomination de Vincent comme président du collège de Viglius. Paquot la place au 23 mars, et Bax au 6 novembre 1665. Il nous semble que l'assertion de Paquot est la mieux fondée, car Bax affirme lui-même, dans l'histoire du collège de Craendonck, que Pontanus est devenu président de cet établissement au commencement de 1665, *ineunte anno* 1665.

Digitized by Google

praeses post discessum Pontani. Anno 1668 renuntiatus sacrae theologiae doctor. Obiit in collegio suo 15 junii 1684; sepultus ad divum Quintinum. Vide sacrae theologiae doctores.

VII. Joannes Libertus Hennebel, ex Bilande Wavriensis (1), anno 1682 sacrae theologiae doctor. Tum 15 junii 1684, defuncto eo die domino Vincent, praeses collegii hujus, in quo et obiit 3 augusti 1720, aetatis anno 69°; sepultus ad divum Quintinum cum epitaphio. Vide sacrae theologiae doctores.

Romam anno 1692 profectus Hennebellius, anno 1701 Lovanium reversus est; interea collegii hujus praesidentiam administraverunt : 1° *Martinus Remacle*, philosophiae professor in Falcone; et 2° post hunc *Joannes Opstraet* ad reditum usque Hennebellii. Postea *Hubertus Raellen*, pastor sancti Quintini, pro tempore praeses collegii, exhibuit computum a 1 maji 1704 ad 1 maji 1706; a quo die Hennebel per seipsum praesidentiam usque ad obitum suum administravit.

« In praesidem electus est idibus julii 1684. Romam profectus anno 1692, vicarium praesidem hic constituit Joannem Opstraet. E vivis abiit anno 1720, tertio nonas augusti. Tertio post die ei subrogatur G. Delvaux. » Ita Paquot.

VIII. Guilielmus Delvaulx, ex Blehen prope Hannutum, dioecesis Leodiensis, pastor ad sanctam Gertrudem Lovanii, anno 1716 sacrae theologiae doctor. Electus collegii hujus praeses 6 augusti, et introductus 8 augusti 1720; tum anno 1730 nominatus Iprensium episcopus, et 25 maji 1732 consecratus in aede metropolitana divi Rumoldi Mechliniae. Praesidentiam dimisit et ad dioecesim suam mense junio 1732 profectus est. Obiit 12 octobris 1760, aetatis anno 80°. Vide sacrae theologiae doctores.

« Illi postridie idus junii sufficitur P. L. Danes. » Ita Paquot.

(1) Bilande est une ferme à Wavre, située au nord de la ville entre Isque et Ottenbourg, non loin de Terlaenen.

Digitized by Google

IX. Petrus Ludovicus Danes, Casletanus, natus 9 vel 10 januarii 1684. Anno 1701 in artibus e Lilio primus, et in eodem paedagogio ab anno 1707 philosophiae professor. Fit sacrae theologiae licentiatus 28 julii 1711; anno 1714 via nominationis ad sanctum Jacobum Antverpiae pastor, ad residentiam discessit 31 martii. Anno 1717 fit canonicus graduatus Ipris, anno 1719 seminarii praeses, et anno 1721 poenitentiarius. Creatur sacrae theologiae doctor 12 novembris 1726. Lovanium dein revocatur et constituitur collegii hujus Vigliani praeses 14 junii 1732; in cujus possessionem inducitur 4 augusti ejusdem anni. Obiit Lovanii 28 maji 1736, aetatis 52 annorum; sepultus in conventu monialium sanctae Theresiae cum epitaphio. Vide sacrae theologiae doctores.

Fundavit in hoc collegio bursam 160 florenorum.

« Danes, comparatis ad augendam collegii dotem reditibus non paucis constitutisque pro domestica disciplina legibus aequissimis, ei utiliter admodum praefuit, quamquam vitae sanctissimae exemplo rem in primis confecerit. Decessit vir modis omnibus magnus v kalendas junii 1736. » Ita Paquot.

X. Franciscus Engelgrave, Antverpiensis, filius Henrici et Clarae Theresiae Vinck. Juris utriusque licentiatus 13 septembris 1717, antea fiscus et decanus J. U. baccalaureorum; et anno 1723 Antverpiensi civitati ab eleemosynis. Mortua conjuge domicella De Coninck, statum ecclesiasticum amplexus et Lovanii theologiae studiis incumbens, die 28 maji 1736 electus est collegii hujus praeses, nihil simile cogitans. Quem, ut inexpectatam provinciam acceptaret, promovere debuerunt magni in ecclesia viri.

Praesidentis munere cum honore ad 1 februarii 1742 functus est; dein Antverpiam migravit, ubi jam canonicus erat cathedralis ecclesiae; in qua dein capituli quaestor et thesaurarius extitit; et tandem 24 februarii 1759 installatus est decanus. Fuit etiam judex synodalis, etc.

Vir disciplinae ecclesiasticae observantissimus, in fastigio dignitatis humilitate demissus, conversationis admodum pa-

Digitized by Google

cificae, et in pauperes liberalitate illustrissimus, Antverpiae diem clausit extremum 16 septembris 1784, octogenario major.

Fratrem habuit Guilielmum Laurentium Engelgrave, Antverpiensem, sacrae theologiae licentiatum 5 augusti 1727 (1), canonicum graduatum 16 julii 1731, installatum 14 augusti 1734, poenitentiarium, examinatorem synodalem et praesidem seminarii episcopalis Antverpiensis, nominatum capituli decanum; qui ante installationem obiit 21 aprilis 1741. Paquot eum vocat munificum Antverpiani seminarii praesidem, et asserit illum fuisse librorum censorem, et, dum moreretur, aetatis 42 annorum, et mortuum esse in hoc collegio Vigliano.

XI. Laurentius Josephus Lelivelt, Sylvaeducensis, natus anno 1708, anno 1726 e Falcone in artibus tertius; ex philosophiae professore paedagogii Falconis factus 1 februarii 1742 collegii hujus praeses, eidemque ad 1 augusti 1749 praefuit, dum transiit ad praesidentiam collegii Hollandici. Anno 1743, 19 novembris, creatur sacrae theologiae doctor. Obiit 8 januarii 1765. Vide sacrae theologiae doctores.

P. « Praeses eligitur mense januario 1742. » Ita Paquot.

XII. Jacobus Antonius Garesta, Athensis, spectabili genere natus anno 1701, literas humaniores in patria et Aldenardi deinde didicit, anno 1721 in artibus e paedagogio Falconis decimus; dein inter sacrae theologiae alumnos collegii Baji adscribitur, atque 15 februarii 1730 licentiae lauream in sacra theologia obtinuit. Lector in abbatia Vlierbacensi primum constituitur, dein in collegio Adriani VI pontificis, cui tunc praeerat dominus Guyaux; simul etiam ad D. Jacobum canonicus. Anno 1734 a facultate artium, discedente Francisco Van Coppenole 4 martii 1731 ad regentiam paedagogii Porcensis, gymnasii sanctissimae Triniiatis regens eligitur. Quam provinciam totos 15 annos laudabiliter gessit, auctis sub eo

(1) Bax et Paquot le disent, en outre, licencié ès-droits; mais nous n'avons pas rencontré son nom dans la liste des licenciés ès-droits de cette époque.

Digitized by Google

fundationibus, et diminutis, quibus in immensum gravabatur, oneribus. Singulare in formandis alumnorum moribus erat ei studium, disciplinamque impense observari curabat. Mirum in modum ingenuus et candidus, aperte et palam sententiam proferre ipsi solemne fuit; ex oris facundia et ingenii acumine et amoenitate promptus.

Animus ei erat ad doctoralem dignitatem evehi; verum domesticis negotiis, iisque gravissimis, implicitus a coepto desistere mentemque aliis intendere compulsus est.

Anno 1744 canonicatu et praebenda ecclesiae collegiatae divi Jacobi Lovanii donatus est, negotiaque capituli vel maxime ardua direxit bellorum tempore.

Anno 1747, mense augusto, academiae rector electus fuit. Inter arma rectoratum intrepide gessit; in pusillo corpore mens magna. Tum et anno 1749 amicorum rogatu praesidentiam collegii hujus Vigliani suscepit, eique solita diligentia se totum dedidit, ejusque emolumentum, si per vitam licuisset, procul dubio auxisset; erat enim rerum alienarum parcus, suarum vero profusus. Ast praematuro fato e vivis sublatus est Lovanii 16 martii 1751 sub meridiem, perenne sui relinquens omnibus desiderium.

« Mortuus xvii kalendas aprilis 1751, et tumulatus fuit in divi Jacobi ecclesia. Eodem die illi successit G. Van Linthoudt. » Ita Paquot.

XIII. Guilielmus van Linthoudt, Bruxellis natus anno 1684, patre Francisco, matre domicella Maria Van Hamme, literas humaniores Bruxellis didicit et inter artium magistros e paedagogio Lilii anno 1705 promotus est 43us. Inde inter sacrae theologiae alumnos majoris collegii theologorum adscriptus, sacrae theologiae baccalaureus formatus, in ecclesia divi Quintini Lovanii confessarius, domino Raellen pastoratum hujus ecclesiae dimittenti anno 1714 datur successor, eaque munia per annos 40, seu ad 1754, quo dimisit, zelosissime peregit; tum et Sororibus Nigris ultra triginta annos director praefuit.

Anno 1729, inscius a capitulo divae Gudulae Bruxellis

Digitized by Google

plebanus; at pietas humilitati ejus juncta sponsam suam derelinquere dissuadebat. Demum anno 1751 per comprovisores suos hujus collegii praeses eligitur, postquam 37 annos pastor sancti Quintini fuisset.

Confraternitatem pro fidelibus defunctis in sua parochiali ecclesia erexit. In pauperes vere munificus erat, atque anno 1763 ingentem pecuniae summam liberali manu elargitus est, ut in perpetuum schola pro infantibus pauperibus institueretur; tum et una cum suo fratre et duabus sororibus fundationem duarum bursarum ad studiorum profectum Bruxellis constituit, atque aliam fundationem pro sacrae theologiae studiosis, qui, cursu absoluto, nondum promoti sunt, in hoc collegio Vigliano per testamentum suum constituit. Obiit Lovanii 1768, 17 julii, hora 3ª nocturna, aetatis 84 annorum, diuturna aegritudine consumptus, jubilarius.

« Is anno 1751 et quinque sequentibus novam collegio faciem indidit, parte anteriori aedium magna ex parte, dextera vero ex integro restaurata... Eodem die (17 julii 1768) ei succedit H. J. Petit. » Ita Paquot.

XIV. Hermannus Josephus Petit, ex Wanfercée, dioecesis Namurcensis, vel, ut Hellin habet in sua *Chronologia capituli Gandavensis* (1), ex Liberchies, filius Ludovici et Mariae Margaretae Capette, natus 16 octobris 1731, anno 1750 in artibus e paedagogio Falconis tertius; in quo dein, ab anno circiter 1757, philosophiae professor primarius; anno 1763, 8 augusti, licentiae gradum in sacra theologia una cum dominis Ghenne et Heylen, suis collegis, obtinuit. Inde 17 julii 1768, mane medio sextae, collegii hujus praeses electus fuit in locum domini Van Linthoudt defuncti.

Anno 1770, mense februario, academiae rector electus fuit e facultate artium.

Via nominationis facultatis artium canonicatum in ecclesia cathedrali Gandavensi obtinuit, cujus possessionem 28 no-

(1) *Supplément généalogique, historique, additions et corrections à l'histoire chronologique des évêques et chapitre de S. Bavon à Gand*, pp. 6-7.

Digitized by Google

vembris 1774 adiit. Dein fuit examinator synodalis, thesaurarius, etc.

Obiit Gandavi 20 februarii 1804, aetatis 72 annorum.

XV. Petrus Jacobus Marant, ex Bavinchove Casletanus, anno 1765 in artibus e paedagogio Lilii secundus; postea lector collegii Driutiani, pastoratum de Wytschaete via nominationis mense decembri 1770 obtinuit. Factus 30 aprilis 1771 sacrae theologiae licentiatus, circa festum sancti Joannis Baptistae anni 1771 ad pastoratum suum profectus est.

Discedente domino Petit, per recommendationem gubernii Austriaci electus est mense februario 1775 collegii hujus Vigliani praeses, possessionemqué quinta ejusdem mensis adiit, et 22 octobris 1776 sacrae theologiae doctor renuntiatus est. Vide sacrae theologiae doctores.

XVI. Michael Josephus Sagermans, Bruxellensis, anno 1762 in artibus e paedagogio Castri 29us promotus; juris utriusque licentiatus, factus 13 aprilis 1773 collegii Mechliniensis praeses; inde anno 1790, post discessum domini Marant et Universitatem restitutam, factus collegii hujus Vigliani praeses. Obiit in hoc collegio eodem anno 1790, 15 augusti, hora quarta matutina, aetatis 48 annorum; sepultus 17a in coemeterio ad divum Quintinum.

XVII. Petrus Timmermans, ex Saventhem; anno 1762 in artibus e paedagogio Castri quintus; inde collegii majoris theologorum alumnus et sacrae theologiae baccalaureus formatus. Fit primum anno 1769 philosophiae professor in suo Castrensi paedagogio; tum anno 1786 via privilegiorum facultatis artium canonicatum in regali beatae Mariae Virginis Aquisgrani basilica obtinuit, ibidem admissus 28 februarii 1787. Interea cum ab hac praebenda, ut loquuntur, jejunandum esset, defuncto domino Sagermans, praeses collegii hujus Vigliani electus fuit mense augusto 1790; eidemque ad annum 1792 praefuit, dum ad residentiam suam Aquisgranensem profectus est. Obiit Aquisgrani circa annum 1812.

XVIII. Joannes Josephus Havelange, ex Dieupart Luxemburgensis, obiit in insula Cayana, anno 1798, 6 septembris.

Digitized by Google

Fundationes bursarum in collegio Vigliano.

Sequentes fundationes ad nostram notitiam pervenerunt :

1. *Petrus Ludovicus Danes*, collegii hujus praeses, anno 1736 fundavit bursam 160 florenorum.

2. *Franciscus Engelgrave*, itidem praeses, similiter fundavit bursam unam.

3. *Guilielmus Van Linthoudt*, praeses, erexit bursam pro sacrae theologiae studioso, qui, cursu absoluto, nondum promotus est.

État actuel des revenus des fondations annexées autrefois au collège de Viglius (1).

A. *Fondations administrées par la commission provinciale du Brabant.*

Fondateurs.	Revenus. Frs.	Ces.
1. Eersel (Gérard Van), évêque de Gand, . . .	747	25
2. Emingha (La famille)	681	51
3. Emingha (Pepin)	58	74
4. Engelgrave (François)	827	81
5. Linthoudt (Guillaume Van).	368	00
6. Viglius, fondateur du collège, ...	2248	02

B. *Fondation administrée par le bureau du séminaire de Malines.*

1. Danes (Pierre-Louis)	69	37

Note complémentaire pour l'histoire du collège de Viglius.

A la suppression de l'Université en 1797, les bâtiments du collège de Viglius ne furent pas aliénés par le prytanée

(1) Dans ce tableau nous indiquons les revenus actuels des anciennes fondations d'après le compte de l'année scolaire 1879-1880.

Digitized by Google

français de Saint-Cyr; ils devinrent, par conséquent, plus tard la propriété de la ville de Louvain. Ces bâtiments, dont la majeure partie subsiste encore aujourd'hui, sont ceux qui furent construits de 1751 à 1756 par le président Van Linthoudt.

Convertis en caserne au commencement du siècle actuel, ils furent occupés, sous le régime hollandais, par le corps de la maréchaussée ou gendarmerie royale. Depuis la révolution de 1830, ils ont servi successivement à la cavalerie et à l'artillerie. L'administration de Louvain y a fait construire, en 1836, de grandes écuries qui peuvent contenir environ 125 chevaux.

—

On peut consulter, au sujet des rapports de Viglius avec l'Université de Louvain, les publications suivantes :

1. Note sur le projet de nomination de Dodonée à une chaire de médecine à l'Université de Louvain en 1554, suivie de trois lettres inédites de Dodonée à Viglius par P. F. X. DE RAM, *dans les* Bulletins de l'académie royale des sciences, 1re série, VII.

2. Documents relatifs à un projet proposé à la faculté de théologie (de l'Université de Louvain) par l'entremise de Viglius, en 1558, pour la rédaction d'un cours de théologie qui aurait remplacé celui de Pierre Lombard, *dans l'*Annuaire de l'Université catholique de Louvain, 1844, pp. 213-220.

3. Francisci Sonnii, s. theol. doct. Lov.;..... ad Viglium Zuichemum epistolae. Edidit P. F. X. DE RAM. Bruxellis, 1850, in-8o.

4. Lettres de Viglius à Josse de Courteville, secrétaire des conseils d'état et privé ; publiées par M. le chanoine DE RAM, *dans les* Comptes rendus de la commission royale d'histoire, 1re série. XVI.

5. Lettres inédites adressées à Viglius par des docteurs de l'Université de Louvain et par d'autres personnages, publiées par M. le chanoine DE RAM, *dans les* Comptes rendus de la commission royale d'histoire 2e série, II.

6. Deux lettres de Viglius relatives aux théologiens de Louvain appelés par le cardinal Otton Truchsès à la nouvelle Université de Dillingen, *dans l'*Annuaire de l'Université catholique de Louvain, 1852.

Digitized by Google

13. Collège de Craendonck, dit aussi de la Campine.

Ce collège fut établi primitivement dans la maison même du fondateur, située dans la partie de l'ancienne rue *Smeystraet* qui porte actuellement le nom de rue *Saint-Michel*, à l'endroit qu'occupe aujourd'hui la pédagogie ou collège de Marie-Thérèse. Les pères Jésuites, désireux d'agrandir leur couvent, firent l'acquisition de cette maison dans les premiers mois de l'année 1598; et le collège fut alors transféré dans la maison formant le coin de la rue *des Écriniers* et de la rue *des Juifs*, maison qui avait appartenu au célèbre professeur de médecine Gérard de Villeers. En 1762, il fut de nouveau transféré et installé dans l'ancien collège des chanoines réguliers de Saint-Augustin de la congrégation de Windesheim, sur la rive droite de la Dyle, au coin de la rue *de la Laie* et de la rue actuelle *de Craenendonck*. Avant d'y entrer, le président Zegers fit démolir et reconstruire entièrement, en 1761 et 1762, les bâtiments de l'ancien collège de Windesheim.

Le collège de Craendonk a été désigné aussi quelquefois sous le nom de collège de la Campine, *Kempens collegie*, parce que, après les parents du fondateur, les jeunes gens originaires de Tongelre et Diessen, deux localités de la Campine hollandaise, étaient appelés, en premier lieu, à la jouissance des bourses.

Les étudiants pouvaient suivre les cours soit de philosophie aux pédagogies du Faucon ou du Porc, soit de théologie ou de droit canonique aux halles. Toutefois, à la fin du XVIIIe siècle, on admettait aussi quelquefois des étudiants en médecine.

Digitized by Google

Collegium Craendonck.

Abhinc paucis annis, videlicet in anno 1564, per dominum et magistrum Marcelium Craenendonck, capellanum ecclesiae sancti Petri Lovaniensis, in vicinia dicti paedagogii Porci, pro quatuor bursariis in artibus studentibus et uno praeside ac famula, in honorem Quinque Vulnerum Christi fundatum est collegium vulgo nuncupatum collegium Craenendonck. Ad quod praeter dictam suam domum reliquit in diversis reditibus ducentos florenos annuos, necnon unam villam in pago de Bossuto.

Quod ad effectum perductum similem perturbationem perpessum est dicto anno 1578, ex quo tempore nulli fuerunt bursarii propter defectum solutionis redituum et desertionem dictae villae, solo praeside in dicto collegio manente, per quem domus satis integra conservata est, sed sub gravissimo onere militaris hospitationis, quae quidquid praesidens percipere potuit totum et amplius absumpsit.

Ejusdem collegii praesidens fuit et est dominus et magister Joannes der Kinderen, scholasticus ecclesiae sancti Petri Lovaniensis.

Provisores ejusdem collegii sunt, a fundatore constituti, reverendissimus dominus abbas Parcensis et pater Bogardorum Lovaniensium.

Recuperatis arriragiis dictorum redituum et restituta dictae villae cultura, facilis erit ejusdem collegii restitutio.

(Extrait du rapport sur l'état des collèges de l'Université de Louvain en 1589).

Fundator hujus est Marcelius de Craendonck, ex Tongelre (qui Pelandiae vicus est ad primum ab Eyndhovia lapidem) presbyter, sacrae theologiae baccalaureus, et ad divum Jacobum Lovanii canonicus.

Is testamento suo, manu propria scripto 20 augusti, et superscripto 11 decembris ejusdem anni 1571 coram notario

Digitized by Google

W. de Eersel, et cujus dein 10 octobris 1574 executores nominavit, collegium in haec verba fundavit :

« Volens et desiderans de bonis mihi a Deo concessis in hoc saeculo in verum usum et eleemosynam pauperum, maxime in republica christiana proficientium et laboraturorum, pro posse meo fructuosum, utile, durabile et perpetuo mansurum erigere collegium, ac quod hactenus intendi, ad effectum deducere salutarem, domum meam in *Smeystraet* (1) cum suis pertinentiis [lego] in usum et ad utilitatem ac ad opus quatuor bursariorum cum uno praeside in hac Universitate Lovaniensi studentium; ad quos relinquo ducentos Carolos seu Renenses, quemlibet xx stuferorum Brabantiae, ex promptioribus et gravioribus meis redditibus ubicumque sitis; qui, si deqüitentur, iterum eodem modo aut potius graviori denario applicentur. »

Fundator instituit collegium hoc in honorem Quinque Vulnerum Christi. Bursales vero operam dare debebant philosophiae in paedagogio Falconis, in quo ipso studuit, ac anno 1516 inter artium magistros duodecimus promotus fuit (2), vel in paedagogio Standonico, in cujus vicinia novum hoc collegium situm erat tunc temporis. Dein post promotionem in artibus bursales studere poterunt sacris literis vel juri canonico per quinquennium. Praeses vero collegii ad minus debet esse baccalaureus et procedere ad licentiam; ad quod munus praeferentur descendentes ex patre et matre fundatoris, vel ex fratre et sorore patris ipsius fundatoris. Ad bursas vero vocantur primo consanguinei, dein nati in Tongelre aut Diessen, atque, illis deficientibus, ex Lovanio.

Provisores vero instituit fundator praelatum abbatiae Parcensis (quo impedito, substituere hic potest suum cubicularium religiosum), et patrem Bogardorum Lovaniensium, apud

(1) *Smeystraet*, *'s Meyerstraet*, rue du maieur.

(2) C'est par erreur que, dans les *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, II, p. 251, et les *Promotions de la faculté des Arts*, p. 71, nous avons dit que Marcel Craendonck avait obtenu la 6e place.

Digitized by Google

quos fundator aliquot annis juventutem instituit, illorumque successores. Cumque deinde coenobium Bogardorum cessum fuerit Vlierbacensibus, hujus monasterii abbas nunc est provisor, etiam postquam Vlierbacenses domum olim Bogardorum transtulerint patribus congregationis Oratorii.

Collegium hoc erectum primo fuit in *de Smeyerstraet,* ut superius dictum est, eo loci, ubi deinceps Societas Nominis Jesu collegium suum habuit juxta domum pridem Cervianam seu ducis Arschotani; translatum inde et permutatum, sub praeside Servatio Sasseno, cum aedibus sitis in cono platearum *de Schrynstraet* et *Jodestraet*, emptis a Gerardo de Villeers, medicinae doctore et professore, Universitatem permutationem ratam habente 11 januarii 1598.

Tandem anno 1762, praeside Joanne Baptista Zegers, decano divi Petri, collegium hoc ex cono platearum *de Schrynstraete* et *Jodestraete* translatum fuit ad Leidam, ubi olim collegium regularium Windesemensium. Jam anno 1761 coeperat hoc collegium a fundamentis reaedificare.

Porro obiit fundator 15 novembris vel, ut epitaphium habet, 14 novembris 1574; sepultus in ecclesia parochiali et collegiata sancti Jacobi ad altare hujus sancti, ubi lapis est caeruleus, cum hoc epitaphio et effigie :

HIC JACET SEPULTUS DOMINUS ET
MAGISTER MARCELIUS CRAENDONCK HUJUS ECCLESIE
CANONICUS QUI OBIIT 14ª
NOVEMBRIS ANNO 1574, REQUIESCAT IN PACE.

Praesides collegii Craendonck.

I. Primus ab instituto collegio praeses fuit JOANNES KINDERIUS vel DER KINDEREN, ad divum Petrum scholarcha, qui postea Aëriensis in Artesia canonicus factus est. Obitus ignoratur.

« Joanni Kinderio, discedenti ac libere resignanti, subrogatur 8 julii 1597 Servatius Sassenus. » Ita PAQUOT.

Digitized by Google

II. Servatius Sassenus, Lovaniensis, sacrae theologiae licentiatus, filius Andreae juris c[anonici?], [Paquot dicit : theologiae] facultatis bedelli et frater Francisci, medicinae doctoris. Ex praesidentia collegii hujus transiit ante 18 maji 1598 ad regentiam paedagogii Porci (1). Admissus fuit inter canonicos graduatos Ruraemundenses 17 decembris 1601. Postea factus est pastor Aldenardae. Obitus ignoratur.

Sub Sasseno, ineunte anno 1598, collegium translatum est ad plateam dictam *de Schrynstrate*.

III. Guilielmus Fabricius, Noviomagus; anno 1594 creatus sacrae theologiae doctor. In praesidentia hujus collegii anno 1598 successit Servatio Sasseno. Hinc eodem anno 1598 transiit ad praesidentiam collegii Houterlaei. Obiit collegii majoris theologorum praeses 7 martii 1628. Vide sacrae theologiae doctores.

IV. Guilielmus de Wargnyes vel Wargnies, sacrae theologiae baccalaureus et ad divum Petrum Lovanii canonicus, factus anno 1598 collegii hujus praeses, relicta fundatione in hoc collegio, acutissimis podagrae attritus doloribus, obiit 12 novembris 1628; sepultus in divi Petri ad altare, quod ipse per executores suos instauravit, honori sanctorum Ignatii et Francisci Xaverii sacrum; in quo sequens inscriptio : « Deo opt. max. | divisq. Ignatio et Francisco Xaverio sacr. | et memoriae | R. D. Guilielmi de Wargnies Montensis | s. theol. baccalaurei | ecclesiae hujus per annos xxx canonici | et collegii D. Marcelii de Craendonck praesidis | in quo pietas cum modestia | constantia et patientia cum acutissimis podagrae certabant doloribus | quiq. meritis plenus bonis omnibus in usum studiosorum relictis | praemature e vivis raptus est | Vixit an. lv obiit an. dom. cIↃ. IↃ C. xxviii prid. idus novemb.

Sarcophagus ejus nunc jacet juxta suggestum ad laevam.

« G. de Wargnies, olim Justi Lipsii minister, et extremae voluntatis tertius curator, qui ea fuit in hoc collegium muni-

(1) Paquot affirme que Sassenus fut régent de la pédagogie du Porc avant d'être président du collège de Craendonck.

Digitized by Google

ficentia, ut id annuo DCCC florenorum reditu pro octo studiosis augere voluerit, canonicus fuit Lovanii ad sanctum Petrum a die 21 julii 1598, ut in patentibus literis regiis legitur. Idem fundavit anno 1628 6 bursas, singulas 50 librarum Hannoniae, pro collegio Houdano (1). Erat filius Claudii de Wargnies et Susannae Taymont. » Ita PAQUOT.

V. ARNOLDUS VAN DEN ABEELE, Tongelrensis, anno 1621 inter artium magistros 228 e paedagogio Lilii 45us promotus; juris utriusque baccalaureus, collegiatae divi Petri Lovanii thesaurarius, collegio huic adhuc praeerat 14 januarii 1634; item 1 februarii 1635 (cor. Berckmans et Legius). Obitus ignoratur.

VI. LIBERTUS FROMONDUS, Haccurianus Eburo, quondam philosophiae professor per annos quatuordecim in suo paedagogio Falconis, et 10 octobris 1628 sacrae theologiae doctor creatus, collegio huic praeses datus est post Van den Abeele, eidemque anno 1638 mense februario, dum Academiae rector eligebatur, praeerat. Hinc anno 1639, post obitum Joannis Wiggers, sacrae theologiae doctoris, collegio Leodiensi praeficitur; quod cum per annos quatuordecim rexisset, ex hac vita migravit 27 octobris 1653, aetatis anno LXVIo. Vide sacrae theologiae doctores.

VII. HENRICUS LOYENS, Mosaetrajectinus; anno 1626 in artibus e paedagogio Porci quartus, primum sacrae theologiae licentiatus et aliquo tempore sacrae theologiae lector in abbatia Vlierbacensi; dein juris utriusque licentiatus et anno 1638 juris utriusque doctor renuntiatus, in collegio hoc successor datur Liberto Fromondo, praesidi. Factus anno 1658 juris civilis antecessor primarius, in ea dignitate obiit 13 octobris 1686. Postquam praesidentiam collegii hujus dimisisset, uxorem duxit Annam Walburgem Harts, filiam Caroli, habuitque filiam Elisabetham Mariam Loyens, quae 2 julii 1688 nupsit Petro Coenen in divi Petri Lovanii. Vide juris utriusque doctores.

(1) Collège de Houdaing, à Mons.

Digitized by Google

« Sub eo collegium velut aliam faciem accepit. Succedit ei sub initium anni 1665 Jacobus Pontanus. » Ita Paquot.

VIII. Jacobus Pontanus, Hermaliensis Eburo, 23 novembris 1638 sacrae theologiae doctor creatus. Ex praeside Vigliani collegii, ineunte anno 1665, factus est collegii hujus Marcelii Craendonck praeses; obiitque 1 januarii 1668, hora 2ª pomeridiana. Vide sacrae theologiae doctores.

IX. Franciscus Van Horenbeke, Bruxellensis, filius Francisci, juris utriusque licentiati et Brabantiae concilii advocati, et Clarae van Vossum, filiae Joannis, greffiarii et secretarii oppidi Bruxellensis, et Annae Van de Velde; nepos vero Aegidii van Horenbeke (qui uxorem habuit Mariam van Essche), juris utriusque licentiati concilii Brabantiae. Primum in collegiata divi Petri Lovanii canonicus; in qua, defuncto Pontano 1 januarii 1668, decanus capituli electus est, necnon collegii hujus Craendonck praeses; factus similiter examinator et judex synodalis; ad haec erat concionator mirifice facundus.

Hisce in functionibus constitutus, magnum doctrinae et virtutis nomen adeptus, a Carolo II rege ad Gandavensem episcopatum anno 1676 nominatus, a sancta sede confirmatus, possessionem adiit 1 julii 1677. Bruxellis 25 julii ejusdem anni 1677 ab archiepiscopo Mechliniensi Alphonso de Berghes, assistentibus Brugensi et Ruraemundensi episcopis, consecratus, 5 augusti 1677 metropolim Flandriae solemniter ingressus est. Vix mensibus septemdecim transactis, antequam aedificationem seminarii sui episcopalis, quam inchoaverat, perficere potuisset, 4 januarii 1679 ex hac vita decessit, annum aetatis agens 49um; sepultus in choro suae cathedralis sine monumento et epitaphio.

X. Petrus Van der Beken, Lovaniensis, presbyter, juris utriusque licentiatus.

XI. Nicolaus Pauwels, Lovaniensis, natus anno 1655, anno 1674 in artibus e paedagogio Castri octavus. Ab anno 1681 curatus in Beyghem, altero a Bruxellis lapide pago, et con-

Digitized by Google

cionator egregius. Anno 1685, 2 januarii, a consulibus oppidi Lovaniensis plebanus nominatus, et 4 decembris ejusdem anni 1685 licentiae laurea in sacra theologia condecoratus. Electus est anno 1686 ab abbatibus Parcensi et Vlierbacensi collegii hujus Craendonck praeses. Anno 1691 transiit ad praesidentiam collegii Atrebatensis, in quo obiit 22 aprilis 1713, catarrho oppressus, aetatis 57 annorum.

XII. Henricus Van Ermengem, natus Lovanii anno 1646, prima in novo gymnasio in omnibus scholis adeptus, promotus inter artium magistros anno 1664 e paedagogio Falconis septimus. Inde inter theologiae alumnos collegii Atrebatensis sub praeside Van Werm adscriptus; anno 1669 professor rhetorices in gymnasio sanctissimae Trinitatis constituitur, et anno 1671 sacerdotio initiatur et licentiae gradum in sacra theologia obtinuit. Rhetorices professionem, quam per annos septem laudabiliter tenuerat, sponte dimisit, curamque monialium sanctae Ursulae, vulgo Flandricarum, *(op de Halfstraete)* anno 1678 suscepit; ac tandem anno 1691 ab amplissimis hujus collegii Craendonck provisoribus praeses collegii constituitur; ac muneri huic immoritur morte repentina 7 aprilis 1712; biduo post conditus apud praedictas sorores Virgines. Electus aliquando in plebanum divi Petri Lovanii, ortisque difficultatibus, ultro cessit.

XIII. Antonius Cinck, Sylvaeducensis, anno 1687 in artibus e paedagogio Porci quintus; dein sacrae theologiae baccalaureus formatus, et in paedagogio Porcensi philosophiae professor, primitias celebravit 24 junii 1704; eloquentiae christianae professor et secundae fundationis in divi Petri necnon cathedralis ecclesiae Leodiensis canonicus.

Anno 1712 electus fuit collegii hujus praeses, quod anno 1729, in Hollandiam recedens, deseruit. Videsis *Analectes pour servir à l'histoire ecclésiastique de la Belgique*, XI, p. 425.

Chronogramma : parCe saLI ! CInCk eCCe LItat saCra prIMa professor.

« Sacrae theologiae baccalaureus formatus et primi subsellii in basilica Lambertina apud Leodienses canonicus, e profes-

Digitized by Google

sore philosophiae in gymnasio Porcensi praeses hujus collegii anno 1712, illius demum regimine cessit anno 1729, cum Clementinae constitutioni *Unigenitus* parere nollet, et aliis quoque, ne parerent, auctor fuisset. Migravit hinc anno mox dicto, die 18 augusti, ac nocte sequenti ob metum transacta in vicino hospitio cui insigne *Viri sylvestris*, hora sexta matutina diei sequentis Lovanio egressus, concessit primum Delphos Batavorum, ubi commoratus est apud pastorem quemdam, deinde apud Nicolaum Pruim et ipsum pastorem in opido Dordraceno, cujus in aedibus mortuus est 10 februarii 1742 (Male igitur dicitur Delphis mortuus in *Recueil de témoignages en faveur de l'église de Hollande* p. 391), natus annos 74. Edidit anno 1731 unum alterumve scriptum in-4° pro reditibus utrimque redimibilibus vulgo *Losse renten ofte obligatien*, quales in usu sunt apud Batavos. Mota fuerat haec controversia ab anno 1728 inter sacerdotes veteris cleri ecclesiae Batavicae, duravitque circiter quinquennio. *Ex epistola domini Willemaers.* » Ita Paquot.

XIV. Andreas Henckhuysen, natus Lovanii 25 januarii 1699, promotus in artibus anno 1718 e paedagogio Porci sextus. Anno 1723, 11 maji, ex alumno sacrae theologiae Bajanorum collegii fit professor syntaxeos in gymnasio sanctissimae Trinitatis, et 19 augusti 1726 licentiae gradum in sacra theologia obtinuit. Ad praesidentiam collegii hujus mense augusto 1729 ab ejusdem provisoribus post discessum domini Cinck admovetur et per provisionem eligitur 4 novembris 1729. Anno 1732 creatur sacrae theologiae doctor. Obiit 27 decembris 1748, collegii hujus praeses, molesta et diuturna phthisi correptus. Vide sacrae theologiae doctores.

« Cinckio sufficitur 3 novembris 1729..... Excipit hunc (Andream Henckhuysen) pridie nonas januarii 1749 J. Van der Auwera. » Ita Paquot.

XV. Joannes Van der Auwera, ex Putte, a 30 julii 1742 sacrae theologiae licentiatus, ex philosophiae professore primario paedagogii Castrensis a provisoribus collegii hujus constitutus est 4 januarii 1549 praeses. Anno 1751 creatus

Digitized by Google

sacrae theologiae doctor. Transiit anno 1759 ad praesidentiam collegii majoris, in quo obiit 12 maji 1783, aetatis 74 annorum. Vide sacrae theologiae doctores.

« Succedit 3 julii 1759 J. B. Zegers. » Ita PAQUOT.

XVI. JOANNES BAPTISTA ZEGERS, Lovanii natus 23 septembris 1707, patre Joanne Baptista, quondam, e civibus, oppidi Lovaniensis scabini, matre Anna Maria Willemaers; in gymnasio sanctissimae Trinitatis in omni classe humaniorum, tum et in dialectica anno 1755, primus perpetuus. Anno 1727, in concursu generali artium magistrorum e paedagogio Falconis post infirmitatem anni fere integri decimus renuntiatus fuit. Inde in collegio Luxemburgensi inter sacrae theologiae alumnos adscribitur, e quo anno 5 augusti 1729 eligitur professor poeseos in gymnasio sanctissimae Trinitatis. Sacerdotio initiatus, primitias celebravit 23 septembris 1734, et 12 octobris ejusdem anni 1734 licentiae lauream in sacra theologia adeptus est.

Anno 1736, 31 januarii, via nominationis ex parte facultatis artium canonicatum secundae fundationis seu Zellariensem in ecclesia metropolitana sancti Rumoldi Mechliniae obtinuit, quem deinde domino Othoni De Lannoy, juris utriusque licentiato, resignavit.

Defuncto 6 januarii 1741 Gerardo Josepho De Quareux, collegii Divaei praesidi et linguae graecae in collegio trilingui professori, in utraque hac functione successor datus est Joannes Baptista Zegers et in utriusque possessionem missus 9 januarii ejusdem anni 1741. Discedente 28 junii 1759 ad collegium theologorum majus domino Van der Auwera, sacrae theologiae doctore, transiit ad hujus collegii Craendonck praesidentiam.

Anno 1760 emptum, non sine gravibus molestiis subsecutis, canonicorum regularium ordinis sancti Augustini congregationis Windesemensis collegium situm ad Leidam fluvium, totum a fundamentis instauravit anno 1761, et eo collegium suum transtulit anno 1762. Fuit ad haec ab anno 1752 bibliothecae academiae praefectus, et collegiatae divi Petri primae

Digitized by Google

fundationis canonicus, ejusque capituli electus decanus, et in possessionem missus 17 februarii 1758. Defuncto 5 septembris 1758 domino Martino Joanne Du Bois, constituitur ab eminentissimo domino archiepiscopo Mechliniensi districtus Lovaniensis landdecanus, munusque hoc anno 1782 ob senium dimisit; eaque occasione districtus divisus fuit (1). Eodem hoc anno coadjutor praesidentiae ei datus fuit Joannes Ferdinandus Sentelet, ex Overwinden, sacrae theologiae licentiatus, et in paedagogio Liliensi philosophiae professor.

Anno 1766, 2 augusti, (alibi legitur 1762) ab archiepiscopo Mechliniensi Joanni Henrico, dein sacrae Romanae Ecclesiae cardinali, constitutus fuit judex synodalis.

Fundatis quatuor bursis, qualibet 60 florenorum, pro 4 begginis in Lovaniensi begginagio, obiit in hoc collegio Craendonck 10 augusti 1785, aetatis anno 78°; sepultus in coemeterio majori ad divum Petrum.

Anno etiam 1782, destiterat a lectione graeca, quae collata fuit eximio domino Leemput.

